Incurrunt hic duae regulae. Prima est pro communi axiomate: analogum per se sumptum stat pro famosiori significato, sumitur analogum [illegible] pro analogato principali [illegible] significato principaliori, ut [illegible] homo [illegible]. Stat pro homine vivo [illegible]; [illegible] sumptum [illegible] ac absolute sine aliquo quod restringat. =

2a regula: talia sunt subiecta, qualia permittuntur a suis praedicatis. Sensus est: si nomen significat plura et [illegible] subiecti limitaturi ad standum pro aliquo significato iuxta exigentiam [illegible], ut si dicas canis latrat, canis quia [illegible] et habet diversa significata [illegible] [illegible], ut supponat solum pro cane latrabile, et [illegible] pro [illegible] =

Cap. Quartum de alijs divisionibus terminalis.

1º dividitur terminus in communem et singularem. Terminus communis est qui significat plura distributive, ... terminus singularis ... significat ... ab omnibus, ut Petrus;

Dividitur terminus singularis in determinatum, ut homo, indeterminatum, ut Paulus, ... quamvis absolute plura possit significare, ... men unum significat, ut Filius Virginis Mariae ... supponit pro christo domino, aliusque terminus vagus, qui indeterminate significat ut quidam homo.

Subdividitur terminus communis in transcendentem et non transcendentem; terminus non transcendens ... dicatur, ut homo; terminus transcendens qui ... rebus ... usque ad ultimas differentias penetrans et ... omnia ... ut ratio entis, cuius rationes transcendentes ... sunt res, ens, verum, bonum, aliquid, unum.

3º dividitur terminus in concretum et abstractum; terminus concretus est qui significat formam connotando subiectum, ut album, quod significat albedinem subiecto; terminus abstractus est qui solam formam significat ut albedo.

4º dividitur terminus in absolutum et connotativum; terminus absolutus est qui significat aliquid per modum per se stantis, ut homo; terminus connotativus est qui significat aliquid per modum adiacentis, ut album, caecum, nigrum, ...

5º dividitur terminus in finitum et infinitum; terminus infinitus qui ... negatione infinitante, ut non homo; terminus finitus qui caret tali negatione, pro quo nota duplicem esse negationem, aliam infinitantem, quae afficit terminum et illum reddit infinitum, ut non homo, aliam ... negans ... copulam, ut Paulus non est homo, ... negatio dicitur malignantis naturae, quia quidquid ... invenit destruit.

Sexta diuisio est in terminum primae et 2ae intentionis. terminus primae intentionis dicitur qui significat aliquid quod illud quod habet a parte rei ut Equus, homo; terminus 2ae intentionis est qui significat aliquid ex consideratione mentis, ut genus, attributum. dicitur terminus primae intentionis, quia id quod conuenit alicui quando est intellectus primum; dicitur terminus 2ae intentionis quia id quod conuenit alicui ex intellectu est quasi 2um superueniens primo.

Ultima termini diuisio est in pertinentes et impertinentes. Termini impertinentes sunt quorum unus neque infert alium neque illi repugnat, ut album et dulce. pertinentes sunt quorum unus infert alium uel illi repugnat, ut homo et animal; uel homo et Equus.

Diuiduntur quae termini pertinentes sequelae et pertinentes repugnantia; pertinentes sequelae ut homo et risibile, et isti sunt in duplici differentia: nam alii sunt conuertibiles, quorum unus infert alium et infertur ab illo ut homo et risibile; alii sunt inconuertibiles quorum unus infert alium, non uero infertur ab illo, ut homo et animal.

Pertinentes repugnantia alii sunt natura diuersi, non tamen proprie oppositi, ut homo, et Equus, qui dicuntur disparati; alii sunt proprie oppositi ut calidum et frigidum; cum autem oppositio sit quadruplex, oppositi sunt in quadruplici differentia: alii enim opponuntur contrarie ut calor et frigus, alii contradictorie ut homo et non homo; alii priuatiue ut uisus et caecitas; alii relatiue ut Pater et filius.

Dub. unicum, V. iste trinus Deus sit communis uel singularis

* Antequam ad expositionem proprietatum terminorum accedamus oportet gratium duxi prius dubium examinare. itaque supposita fide qua Deum singularissimum profitemur in essentia, dubitatur an intellectus possit conceptum Deo communem formare. pro quo nota quod terminus communis distinguitur a singulari quod terminus singularis dicit singularitatem siue unitatem numericam, ut hic Deus, hic homo;

Terminus vero communis realiter significat aliquam naturam non significata eius singularitate, directo; unde ut potentiae [illegible] quantum [illegible], ut [illegible] significata per [illegible] tum realiter communicatur [illegible] individuis, ut natura humana quae communis est Petro, Paulo, etc. [illegible] vel est communis secundum rationem tantum, quando natura quae est in unico individuo, cui repugnat multiplicatio, per [illegible] potest concipi ut communis, ad quod sufficit habet fundamentum.

Circa praesentem difficultatem tria extant sententiae opposita, prima affirmat Deum esse adeo singularem ut ab intellectu nullo modo concipi possit ut communis, [illegible] Guerra, [illegible] 2a sententia affirmat Deum esse communem ex parte ipsius naturae divinae, quae de facto tribus divinis personis communicatur, 3a sententia affirmat Deum posse concipi sine sua singularitate ut communis ex parte nostri modi concipiendi, ita Card., Soto, Banez, Joannes a S. Thoma, Didacus Ortiz.

Sed omissis variis sententiis, sit nostra conclusio: terminus Deus est communis ex parte modi concipiendi et quamvis singularis, ita D. Th. 1a parte q. 13 art. 9, ubi sic concludit: unde cum hoc nomen Deus impositum sit ad significandam naturam divinam, natura autem divina non sit multiplicabilis, sequitur quod hoc nomen Deus incommunicabile sit secundum rem, et communicabile secundum rationem, ut hoc nomen sol.

[illegible] ratione naturali, nam terminus [illegible] qui significat naturam divinam non significata eius singularitate, terminus communis ex modo significandi, [illegible] per quacumque quae concipimus [illegible], [illegible] non [illegible] ad significandum rem prout a nobis [illegible] [illegible] concipitur [illegible] [illegible] singularitate, sed terminus Deus significat naturam divinam non significata eius singularitate, [illegible] [illegible] concipitur a nobis [illegible] [illegible] rerum compositarum, [illegible] noster concipit naturas compositas [illegible] singularitate earum, ergo Deum [illegible] concipitur non concipiendo eius singularitate, ergo terminus [illegible] ut singularis quia significat singularitatem, ita [illegible] Deus

Ergo sicut hic homo est communis quia significat naturam humanam in concreto, itaque Deus communis erit quia significat habens deitatem.

Sed obiicies quia Deo actu et puro est repugnat concipi sine singularitate, et ut communis multis, ipsa ratio naturae nulla est, probatur antecedens quia conceptus repraesentat natura sine singularitate concipitur ut communis ex modo significandi, ergo concipitur ut potentia ad singularitatem, sed ratio potentiae repugnat actui puro, ergo etc.

Respondetur negando antecedens, et ad probationem dico quod licet natura divina concipiatur sine singularitate, non tamen cum potentia ad illam, sicut quando concipitur natura divina sine personis non cum potentia ad illas, sed actualiter includens, non tamen actualiter explicans illas, ut autem concipiatur in potentia requiritur ut natura divina non includat singularitatem.

Primo arguitur quia natura divina etiam si sit una numero est communis pluribus, ergo hic Deus ex parte rei significatae, antecedens patet et consequentia probatur quia denominatio sumitur a re significata, sed natura divina realiter communicatur pluribus, ergo hic Deus est communis ex parte rei significatae.

Et confirmatur nam hic Deus praedicatur de pluribus, sed non alia de causa natura humana est communis ex parte rei significatae nisi quia pluribus communicatur, ergo de eadem ratione hic Deus erit communis secundum rem.

Pro solutione argumenti nota quod est duplex communitas: 1a quia eadem natura, non eadem numero, sed divisa communicatur pluribus; 2a est quia eadem natura numero pluribus communicatur, quae communitas Deo tribuitur prout condistincta a praedicatis notionalibus et personis. Dico in quo sensu communitas non opponitur singularitati, sed notionibus

R. de 2° naturadivina 2um rem et communi, prout commune opponitur rationali c° ans, prout commune opponitur singulari n° ans.

Ad confirmationem R.ur c° mai ulto min, nisi quia significat naturam humanam divisa et multiplicatam ... c° min, absolute n° min, itaque licet 3 Deus de pluribus praedicetur, n° et communi 2 rem, quia natura divina est eadem numero distincta in pluribus.

2° Arg. quia nulla res potest concipi sine suo praedicato essentiali, sed singularitas est praedicatum essentiale Dei, ergo implicat Deum concipi sine sua singularitate;

R.ur d° mai nulla res potest concipi adaequate sine suo praedicato essentiali c° mai, inadaequate n° mai;

Sed contra quia etiam implicat Deum inadaequate concipi sine sua singularitate, ergo solutio nulla, ans p.ur si homo concipiatur sine rationalitate non erit homo, sed Deus concipitur sine singularitate, ergo non erit Deus, omai constat ex Aristotele 8° metaphysicae, ubi ait rerum essentias sunt sicut numeri, a quibus si tollatur aliqua unitas non manet numerus, ergo a simili;

R.ur d° ans nulla res potest concipi sine praedicato essentiali et constitutivo c° ans, sine praedicato individuali n° ans, itaque singularitas est praedicatum quasi individuale supponens praedicata constitutiva Dei, ergo licet ita concipiatur Deus sine ipsa manet tamen Deus essentialiter constitutus.

3° Arg. implicat rem concipi cum praedicato sibi repugnante, v.g. hominem concipi ut irrationalem, et Deum ut corporeum, sed communitas repugnat Deo, ergo implicat concipere Deum ut communem, omin, at Deus est in se singularissimus, ergo repugnat illi communitas;

R.ur d° min communitas 2um rem Deo repugnat c° min, 2um rationem n° min, ++++++++++

Sed contra quia etiam cum ratione repugnat Deo communibus. ergo mala ardo; probatur, quia inde conciperent Deum aliter ac est in se, et verius Deus conciperetur ad modum rei finitae, ergo repugnat concipi Deum ut communem secundum rationem

Ad argumentum bene responsum est, et pro solutione impugnationis nota aliqua esse praedicata conveniens tantum prout est a parte rei, alia sunt praedicata rationis per intellectum; quo supposito Respondetur negando antecedens; et ad probationem dico quod non concipitur Deus aliter ac est in se, sed concipitur sine praedicato singularitatis quam habet a parte rei, licet conciperetur tamen aliter ac est in se si esset pluribus communis realiter; unde ratio finiti et corporis sunt praedicata realia, et non possunt convenire Deo prout a nobis concipitur, bene tamen communitas rationis quae non opponitur singularitati, sed conceptui rationali

4º Arg. Si Deus est communis ratione, ergo denominari potest talis; negatur consequentia. quia ut natura sit talis sufficit ut concipiatur sine singularitate, et quod per intellectum non repugnet esse in multis, sed Deo concepto sine singularitate non repugnat esse in multis, ergo Deus erit universalis. maior est certa, et minor probatur, quia ideo natura angelica est universalis in sententia Thomistarum quia concipitur absque singularitate et per intellectum non repugnat esse in multis, sed Deus eodem modo concipitur, ergo erit universalis.

Respondetur concedo maiorem, nego minorem, et ad probationem nego minorem, non repugnet esse in multis cum potentialitate ad illa et materia, sine potentialitate non materia. et cum natura divina nec sit in potentia ad singularitatem, neque ad plura non est universalis, sed praedicatum commune ratione, quia concipitur Deus sine singularitate: ad exemplum de natura angelica dico esse ratio nam cum sit finita et limitata non est inconveniens ut concipiatur in potentia ad plura et ad singularitatem

2° Prob. auctoritate divi Tho, lib. 1° sententiarum d. 19, qu 4, art 2° ad 2, ubi sic ait universale non est idem quod commune, differunt enim, quia commune dicit non determinat, sed id quod communicatur pluribus sit idem numero vel non, sed universale determinat hoc, quia nunquam idem numero est in pluribus, ideo essentia quae est una numero communicata pluribus communis est non tamen univ.

CAP. V; de suppositione, et alijs termini Proprietatibus.

Supp. in communi est acceptio termini pro aliquo de quo verificatur aliquid, ut in hac propositione homo est, ly homo supponit pro natura humana de qua affirmatur esse, at, unde haec dicet unius pro aliqua re quae vere existat juxta exigentiam logicalem, dicta non erit suppositio, nisi interest.

Sed dices contra defin. in hac propositione homo est albus, ly albus accipitur pro suo significato, et tamen non supponit, ergo praedicta definitio non est bona, minor patet, nam supponere est ponere afferre aliquod suppositum in ordine ad copulam, sed nullum nomen adjectivum suppositum ad terminum secum afert suum suppositum, ergo ly albus non supponit.

Resp. negando min., et ad probationem dicimus non requirit ad suppositionem quod terminus aferat suum suppositum sicut afert nomen substantivum, sed sufficit quod accipiatur pro aliquo de quo verificetur quod tam in substantivis quam adjectivis reperitur.

Supp. diuiditur [illegible] in materialem, et formalem; materialis supp. est acceptio termini loco sui ipsius, ut homo est nomen, ubi homo supponit pro sua voce, et non pro significato illius, et dicitur materialis quia tunc voces accipiuntur ut significativus.

Sup.o formalis est acceptio t(ermi)ni pro suo formali significato; ut homo est al.; = dividitur autem sup.o formalis in propriam et impropriam; impropria est acceptio t(ermi)ni pro re quam improprie significat, ut dixit leo de tribu Juda improprie significat christum. sup.o propria est acceptio t(ermi)ni pro re quam proprie significat ut leo rugit.

3.o dividitur sup.o propria in simplicem et personalem seu realem; sup.o simplex est acceptio termini pro aliquo quod significat in ordine ad conceptum mentis ut homo est species, ubi homo accipitur pro natura humana communiter concepta cui convenit 2.a intentio speciei: sup.o personalis est acceptio termini pro suis individuis, ut Petrus disputat.

4.o dividitur sup.o personalis in naturalem et accidentalem, accidentalis est positio t(ermi)ni pro re existente 2 temporis importatum per copulam vel 2 exigentiam p(rae)dicati, ut homo disputat, sumitur pro homine presenti; sup.o naturalis est positio termini pro omnibus suis significatis pro quibus aptus natus est accipi, quod contingit quando p(raedicatum) est in materia naturali ut homo est animale.

5.o dividitur sup.o in communem et singularem; communis est acceptio t(ermi)ni communis, ut homo est animal; sup.o singularis seu discreta est acceptio t(ermi)ni singularis, vel communis cum pronomine demonstrativo, ut Petrus aut iste homo;

Sup.o autem communis est quadruplex prima est distributiva, q(uan)do t(ermi)nus accipitur pro omnibus suis significatis seorsim et copulative sumptis, ut in hac omnis homo est al., homo supponit distributive pro omnibus simul et divisim. 2.a est copulativa et est acceptio termini pro suis significatis collective sumptis, ut in hac omnes Apostoli sunt duodecim. 3.a est determinata q(uan)do t(ermi)nus accipitur pro suis significatis disjunctive sumptis, ut aliquis homo est albus, potest hic vel hic homo est albus; 4.a sup.o est confusa q(uan)do t(ermi)nus accipitur pro suis significatis simul et disjunctive, ut in hac oculus requiritur ad videndum, s(ed) dexter vel sinister requiritur ad videndum

Denique supp. indefinita e duplex alia completa et e acceptio termini pro omnibus speciebus et individuis ex quocunque pro singulis generum, ut omne animal fuit in arca Noe; alia e incompleta et e acceptio termini pro omnibus suis speciebus et non tamen pro omnibus individuis, quia sumitur pro generibus singulorum, ut in hac prop. omne animal fuit in arca Noe, sensus est ex omnibus speciebus animalium fuit aliquod animal in arca Noe;

quia terminorum supp. variatur ex admixtione signorum ideo signa sunt in quadruplici differentia alia sunt uniuersalia ut omnis, nullus; alia particularia ut aliquis, quidam; alia sunt mixta ex particulari et uniuersali ut uterque, idest aliquorum duorum omnis; alia signa specialis confusionis quae non habent vim distribuendi faciunt tamen terminum supponere confuse; quod autem terminus nullo afficitur signo et prop. e in materia contingenti equivalet particulari, ut homo e albus, idest aliquis homo est albus; si prop. fuerit in materia naturali aut remota supponit distributiue et equivalet uniuersali ut homo est animal, idest omnis homo est animal, quia ut supra diximus prop. indefinita in materia contingenti equivalet particulari, in materia naturali et remota equivalet uniuersali;

Cap; VI; de ampliatione, restrictione, alienatione; diminutione, et appelatione

Ampliatio est extensio termini a minori ad maiorem supp., ut homo potest esse albus, ubi homo supponit non solum pro hominibus existentibus sed etiam futuris et possibilibus; ampliatio autem e triplex, alia temporum, quando fit extensio ad plura tempora quam dicitur, ut Aurum desierunt pecuniae, quae sunt fuerunt uel erunt; alia e ampliatio suppositorum quando terminus accipitur pro pluribus suppositis ut omnis homo [illegible] hic homo supponit pro pluribus suppositis; 3a ampliatio est temporum simul et suppositorum, quando non solum ampliatur ad plura tempora, sed etiam ad plura supposita ut [illegible] fuit in magno statuum [illegible], hic homo accipitur pro pluribus suppositis et ratione ad plura tempora significat.

Restrictio e coartatio tri amai tri ad minorem sup. fitque quatuor modis, 1° per copulam implicatione, ut homo qui est futurus diligit Deum; talis homo restringitur ad uiros futuros. 2° per applicationem substantiu inferioris, ut est homo disputat. 3° per appositionem nominis adiectiui ex parte tuorum ultimo adiuncti, qui restringat illum; 4° per adiectionem casus obliqui, ut hoc tui Theo. pr. scriptor est alij.

Alienatio est translatio tri a propria ad impropriam significationem, ut prata rident; diminutio est detractio partis sup. ut Ethiop. est albus dentes, albus supponit solum pro alij. sua parte hominis, scilicet dentibus.

quomodo arguendi arguendi in ampliatione et restrictione; nota quod amplum respectu non ampli, et restrictum respectu restricti, hoc est tale respectu particularis se habet ut superius respectu inferioris, et ideo obseruantur duae regulae: 1a est a superiori ad inferius affirmatiue non ualet cõa, ut est animal, ergo homo; bene tamen ualet negatiue, ut non est animal, ergo non homo. 2a est ab inferiori ad suum superius affirmatiue ualet cõa, ut est homo, ergo animal, non tamen negatiue, ut non est homo, ergo non animal.

Apelatio e aplicatio significati formalis unius termini ad formale significatum alterius, ut Petrus est magnus logicus, denotat magnitudinem conuenire Petro ut logico; in qua definitione applicatio ponitur loco generis, ut conuenit alijs; cum significati formalis ponitur ut differentia, reperitur que tria apelans, scilicet magnus, et tria apelatus, ut logicus.

Apelatio autem e duplex, alia realis, alia rationis; apelatio realis est que fit 2 accidentia realia, ut Petrus est magnus medicus; apelatio rationis est que fit 2 accidentia rationis, ut homo est species. iterum

2° diuiditur in materialem et formalem; materialis est qua significatum formale unius termini applicatur significato materiali alterius, ut in hac propositione Petrus logicus et magnus, ubi magnitudo applicatur Petro non ut logico, sed ut corporali; formalis autem est qua significatum formale unius termini applicatur significato formali alterius, ut Petrus est magnus logicus.

Secundo quod tunc aduertendum aliquid inconueniens suppositis realiter identificatis et ratione distinctis, et tunc fit mutatio suppositionis, quae uocatur fallacia accidentis; ut si dicas hic uides similitudo, similitudo est intensa, et albedo est intensa, uariatur realiter sup, quia albedo est idem realiter cum similitudine, non uero formaliter. et hinc cognoscetur intelligentia illius axiomatis, quae sunt eadem uni tertio sunt eadem inter se, hoc debet intelligi de identitate reali et rationis defectu cuius non ualet illa consequentia Pater est Deus, filius est Deus: ergo filius est Pater: quia tunc Deus etsi realiter sit idem cum tribus personis ratione tamen differt.

Lib. II.us de propositione et passionibus eius.

Cap. I.us de nomine, et uerbo.

x-x-x-x-x-x-x-x-x-x-x-x-x-x-x-x-x-x-x-x-x-x-x

Ex Phil.o primo periher. cap.te 1.o; nomen sic definitur, nomen est uox significatiua ad placitum sine tempore cuius nulla pars separata significat finita et recta. in hac def.ne tres primae particulae sunt communes pro reliquis sunt nominis propriis; per hoc sine tempore differt nomen a uerbo quod significat cum tempore, cuius nulla pars ponitur ut excludatur oratio quae non est nomen, sed ex illo componitur. excluditur etiam terminus complexus quia est plura nomina ut homo albus, ponitur finita ut excludatur nomen infinitum, ut non homo, ponitur recta ut excludantur casus obliqui qui non sunt proprie nomina, sed ratione nominatiui a quo deriuantur.

Verbum ex eodem Aristotele est uox significatiua ad placitum cum tempore cuius nulla pars separata significat finita et recta, et est semper eorum quae de altero dicuntur nota: omnes particulae iam explicatae sunt; sequitur cum tempore, pro quo obseruandum est esse diuersa, significare tempus, quod est designare rem aliquam secundum numerum motus, et per modum actionis aut passionis eo quod mouens tempore mensuratur ut dies, mensis, hebdomada; v.g. Petrus occidit hominem;

Connotare tempus significat aliquid inferens tempo- rum diff.ia * significare cum tempore est denotare rem prout tempore mensuratam; ex quibus primum et 2 convenit nomini, 3 verbo per quod differt a nomine; penultima particula definitionis excluduntur parti- cipium, quod licet significet cum tempore, numquam a copula sep.s; ponitur finita ad excludenda verba infinita ut non currit; ponitur recta ut excludantur alia tempora praeter praesens indicativi quod proprie significat cum motu et actione.

* ut Cena

Cap; II de oratione

Oratio est vox significativa ad placitum cuius aliqua pars separata significat ut homo albus; in qua def. est vox significativa genus et convenit cum nomine et verbo; reliquae particulae habent rationem diff.ae

Dividitur autem oratio in enuntiativam et in enuntiativam, enuntiativa est quae aliquid affir- mat vel negat, ut homo est an.l; non enuntiativa est quae neque affirmat neque negat, sub qua comprehendun- tur orationes in quibus non reperitur veritas aut falsi- tas, sive sint orationes imperfectae, quae imperfectum generant sensum, et non relinquunt animum audien- tis quietum, ut Petrus cum transiret; sive sint perfectae quae perfectum generant sensum, ut homo est an.l rationale.

Sed aliqui contra, qui a nullaris porrexisse tius simul et oratio, sed orationes imperfectae sunt tri complexi, quod male est definitio, male secta, quia terminus et oratio non sunt inter se subordinata; nam vel oratio continetur sub termino, vel econtra, non primum quia terminus contineret sub se orationem et e.o, neque 2 quia terminus esset oratio quod falsum est.

Resp.r d.o ma.i dupliciter: nullares porrexisse sub genere termini et orationis, ex vi unius 2.ae intentionis c.o ma.i, ex vi duarum 2 intentionum n.o ma.i vel 1.o modo; sub genere termini et orationis simul essentialiter c.o ma.i essentialiter sub genere orationis, et accidentaliter sub genere termini n.o ma.i; itaque id quod est essentialiter oratio accidentaliter terminus complexus, ut patet hoc exemplo

homo accidentaliter denominatur extensus a quantitate, et coniunctum ex homine et quantitate denominatur album, et ita eadem entitas homini accidentaliter continetur sub quantitate et qualitate, quae sunt genera non sub ordinata, ita a simili in nostro casu.

Cap. 3. de propositione in communi et de eius divisionibus

Propositio in communi sic definitur descriptive. Propositio est oratio verum vel falsum significans; ubi oratio ponitur loco generis, verum vel falsum loco differentiae, ad excludendas orationes tam imperfectas quam imperfectas modi optativi, quae non significant veritatem aut falsitatem; est itaque propositio debet esse oratio modi indicativi. quia tamen veritas et falsitas accidunt propositioni, ideo tradita definitio descriptiva est. essentialis autem definitio propositionis itaest, propositio est oratio enuntiativa.

Contra definitionem descriptivam sic dices: quia nulla definitio debet tradi per rationes oppositas, sed praedicta definitio datur per verum et falsum quae sunt opposita, ergo non est bona. Respondetur quod datur definitio in ordine ad opposita disiunctive accepta. Sed contra quia etiam in definitione debetur per aliquid determinatum quod bona definitio exigit, sed datur talis definitio per verum vel falsum indeterminate, ergo solutio nulla. Respondetur concessa maiori distinguo minorem, itaque licet non definiatur per verum vel falsum disiunctive, ordo tamen significat ad veritatem vel falsitatem ex parte propositionis determinatus est. exemplum est in accidente quod definitur per hoc quod potest adesse vel abesse, et tamen definitur accidens per ordinem determinatum ad indifferentiam suae absentiae vel praesentiae.

Veritas autem et falsitas quatenus in talibus considerantur, constituit veritas complexa, dicitur in falsitate, veritas autem sic habetur: quia certum et ex scientia, ubi significat quod ita est sicut significatur verum vel falsum, unde significat verum indicare esse vera sicut intus, ut homo est, significare falsum est indicare rem aliter esse quam est, ut homo est equus. exinde infertur quod veritas propositionis quantum ad modum consideranis est immutabilis talis existentia mai autem

Quantum uero ad hoc [illegible] quaestionis nomen materiae [illegible]
Deleggina, [illegible] conformitas adaequationis cum
[illegible] ut [illegible] [illegible] consistit [illegible]
[illegible] esse [illegible], quia etc contra sunt contradictoria inter quae
non datur medium, [illegible] formalis [illegible] admittere, [illegible]
tamen uero affirmationis [illegible] [illegible]
min, [illegible] qualibet uerior [illegible] [illegible] Deus est
[illegible], quam [illegible] homo est.

[illegible] opp. diuiditur in simplicem seu categoricam
et compositam seu [illegible], opp. categorica est illa quae
constat [illegible] [illegible] principalibus, et copula
tanquam unione, ut Deus est; potest tamen contingere
quod subiectum prop. sit unica oratio, ut homo albus [illegible]
[illegible] [illegible]; aliquando potest esse subiectum integra opp. ut
homo qui est [illegible] diligit Deum; tandem contingere [illegible]
ut in opp. categorica [illegible] explicetur praedicatum, ut Petrus legit,
[illegible] Petrus [illegible].

opp. hipotetica est illa quae componitur ex opp. 6
categoricis, ut [illegible] docet, et [illegible] audit, et [illegible]
opp. categorica immediate componitur ex [illegible]; hipotetica
uero immediate ex opp., et mediate ex [illegible], unde haec diuisio
est analogi in analogata.

2° diuiditur opp. categorica in affirmatiuam
et negatiuam; affirmatiua est in qua praedicatum affirmatur
de subiecto ut homo est [illegible]; negatiua est in qua praedicatum nega-
tur de subiecto ut homo non est equus; et [illegible] affirmatio facit
compositionem, negatio uero diuisionem; quae diuisio
[illegible] est generis in species.

Vt autem [illegible] diuisionis [illegible] accedamus
[illegible] quod [illegible] substantia corporea, scilicet homine
reperiuntur materia, et forma, quantitas, et qualitas.
[illegible] quatuor [illegible] [illegible] forma opp. [illegible]
[illegible] affirmationem, et negationem. materia
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] antecedens [illegible]
quantitas est illa magnitudo [illegible] opp. [illegible]
[illegible] uel particularis, et [illegible] quantitas nam sicut
[illegible] quantitate [illegible] sunt magnae aut paruae, ita [illegible]
[illegible] uel particulares; [illegible] [illegible]
[illegible] uel falsa.

Materia vero propositionis est habitudo praedicati ad subjectum, et alia naturalis, quando praedicatum est de essentia subjecti, ut homo est rationalis; alia vero contingens, quando praedicatum est accidens separabile, ut homo est albus; alia vero remota, quando praedicatum repugnat subjecto, ut homo est equus: itaque manente eodem praedicato et subjecto manet eadem materia propositionis, licet ipsa varietur ex affirmativa in negativam vel e contra; ratio est quia semper manet eadem habitudo extremorum, quae consideratur ante actualem praedicationem; ita ut istae propositiones homo est rationalis, homo non est rationalis, sunt in materia naturali; et istae homo est albus, homo non est albus, sunt in materia contingenti; et istae homo est lapis, homo non est lapis, sunt in materia remota.

Primo dividitur propositio ratione materiae in necessariam, contingentem, et impossibilem. Necessaria est quae enunciat praedicatum quod aliter se habere non potest, ut homo est rationalis; contingens est quae enunciat praedicatum quod potest aliter se habere, ut homo est albus; impossibilis enunciat praedicatum quod sic se habere non potest, ut homo est equus; unde non est idem propositionem esse in materia naturali et esse necessariam, quia haec propositio homo non est rationalis est in materia naturali, et est impossibilis; quod debet intelligi de propositione negativa; et similiter non est idem propositionem esse in materia remota et esse impossibilem, nam ista homo non est equus est in materia remota, et est necessaria; pro quo observa quod omnis affirmativa in materia naturali est necessaria, ut homo est rationalis; negativa vero in eadem materia est impossibilis, ut homo non est rationalis; in materia remota omnis propositio negativa est necessaria, ut homo non est lapis; affirmativa vero est impossibilis, ut homo est lapis; in materia contingenti utraque propositio manet contingens.

2° dividitur propositio ratione quantitatis in universalem cujus subjectum est terminus communis signo universali affectus, ut omnis homo est rationalis; dividitur etiam in indefinitam, particularem, et singularem. Indefinita est cujus subjectum est terminus communis nullo signo affectus, quae si fuerit in materia naturali vel remota aequivalet universali, ut homo est rationalis, homo est equus, universalibus aequivalent; si tamen fuerit in materia contingenti aequivalet particulari, ut homo disputat, id est aliquis homo disputat.

Particularis ē cuius subiectum ē terminus communis signo particulari affectus, ut aliquis homo currit. Singularis ē cuius subiectum ē terminus singularis siue determinatus ut Petrus, siue demonstratiuus ut hic homo.

3° diuiditur propositio rōe qualitatis in ueram et falsam. uera est quæ enunciat propositum ut ē in se; falsa uero quæ enunciat propositum aliter ac ē in se.

Utrum uero cognoscatur quantitas propositionis, attendendum ē subiecto nō prædicato, nam si subiectum ē terminus singularis et propositum communis ut Petrus est animal propositio ē particularis; ratio est quia quantitas oritur ex compositione realis materiæ, et cum subiectum sit materia propositionis ex illo pensanda est quantitas illius.

Cap. IV. de propositionibus hipoteticis et earum diuisionibus.

Primo diuiditur propositio hipotetica in copulatiuam, disiunctiuam, conditionalem, realem, et causalem. copulatiua ē illa quæ unit propositum cum subiecto coniunctione copulatiua, scilicet. et, vac, nec, ut homo ē rōalis, et equus ē hinnibilis; ad ueritatem autem copulatiuæ propositionis requiritur quod utraque pars sit uera, ad falsitatem uero quod utraque uel una ex illis sit falsa; ut uero sit possibilis requiritur utramque partem simul esse possibilem; unde hæc propositio Petrus loquitur et nō loquitur simul sumpta ē impossibilis, licet singulæ partes sint possibiles.

Disiunctiua propositio ē illa quæ unit propositum cum subiecto coniunctione disiunctiua, scilicet, uel, aut, siue, ut. si dicas uel Petrus loquitur aut currit, propositio disiunctiua tunc ē uera quando altera pars ē uera, tunc ē falsa quando utraque pars ē falsa;

Conditionalis propositio ē illa quæ unit propositum cum subiecto media particula si, ut si Petrus disputat loquitur; rōnalis est cuius partes uniuntur particula ergo, uel igitur; causalis est cuius partes uniuntur particula quia, ut quia sol lucet dies est.

Igitur ad veritatem harum pp^um requiritur quod consequens sequatur ex ante, itta ad veritatem pp^s causalis requiritur [illegible] defectu cuius hec pp^o est falsa si quis est homo q^o [illegible]; ad veritatem pp^s causalis requiritur quod [illegible] causa [illegible] defectu cuius hec pp^o est falsa, quia homo est [illegible] [illegible] cuius oppositum est vera; ut autem pp^o conditionalis sit vera sufficit illationem esse bonam licet utraque sit falsa, et ideo hec est vera pp^o si immobile currit immobile movetur, hec autem falsa, si homo est albus, homo erit musicus.

pp^o conditionalis sumitur dupliciter, primo rigore [illegible] ut [illegible] accipiatur proprie [illegible] ettiam ad veritatem [illegible] sufficit ut inferatur [illegible] utraque sint falsa, et ideo hec est [illegible] si homo est [illegible] homo [illegible], unde omnis pp^o conditionalis [illegible] et vera necessaria est, falsa vero impossibilis est. 2° modo sumitur [illegible] concomitanter ut importat simultatem antecedentis et consequentis, fundatam in aliqua propositione, ut si pp^ne apud regem intersederis, dabo tibi equum [illegible] pp^o [illegible] non est necessaria [illegible], ita ut ex [illegible] non [illegible] inferatur, [illegible] sequitur ex sup^e promissionis.

Circa pp^s hipoteticas nota quod ille sunt affirmative vel negative, in quibus principalis copula affirmatur vel negatur, ut si homo est [illegible], hec pp^o affirmativa est quia principalis copula affirmatur, hec pp^o falsa est si Petrus non movetur non currit, quia principalis copula negatur. Cum autem inter pp^s [illegible] sint simplices ad distinctionem modalium [illegible] ideo earum proprietates prius explicande sunt.

Cap. V de opp^e pp^um simplicium

pp^o est affirmatio et negatio eiusdem de eodem, ut omnis homo est, aliquis homo non est; ad quarum opp^e requiritur [illegible] copula principalis in una pp^e [illegible] affirmativa in alia vero negativa, defectu cuius [illegible] pp^e non opponuntur, Petrus qui disputat loquitur, Petrus qui non disputat loquitur; ita [illegible] debebat dici, Petrus qui disputat non loquitur.

2º requiritur ut utrobique maneat idem proprium subiectum quoad nomen, rem significatam, et identitatem temporis, et locum, quae omnia exprimuntur per hoc eiusdem de eodem, et propterea haec propositiones non opponuntur Marcus orat, Cicero non orat, nam licet subiectum quoad rem significatam procedem[?] supponat, non tamen est idem nomen; neque istae opponuntur ex defectu eiusdem rei significatae, canis latrat, canis non latrat, si unum sumatur pro animali latrabili, et aliud de coelesti, quod semper contingit in terminis aequivocis.

Ex defectu integritatis istae propositiones non opponuntur, Petrus currit, et Petrus non currit velociter, quia in prima deficit modus scilicet velociter. Ex defectu eiusdem temporis non opponuntur istae propositiones, Petrus disputat, Petrus non disputat, et tamen ex defectu eiusdem loci hae non opponuntur Petrus est domi, et Petrus non est domi.

Oppositio autem est quadruplex contradictoria, contraria, subcontraria et subalterna. Contradictoria est oppositio vel repugnantia inter universalem affirmativam et particularem negativam, vel e contra, eiusdem subiecti et praedicati, ut omnis homo sedet, aliquis homo non sedet. Contraria est oppositio inter universalem affirmativam et universalem negativam ut omnis homo est albus, nullus homo est albus. Subcontraria est oppositio inter particularem affirmativam et negativam, ut aliquis homo est albus, aliquis homo non est albus. Subalterna est inter universalem affirmativam et negativam, et particularem affirmativam et negativam, ut omnis homo currit, aliquis homo currit, nullus homo est equus, aliquis homo non est equus; quae ideo subalterna dicitur quia una sub altera continetur aliam, neque est proprie oppositio, cum non sit affirmatio et negatio eiusdem de eodem. quae omnia in sequenti figura demonstrantur. et in eo nihil deficit.



Vt autem materia hæc comprehendatur nota quod quando subiectum etiã communis et supponit realiter requiritur ad contradictionem quod utraque vero uniuersalis sit, particularis alia. Si vero subiectum sit singularis uel communis suppositionis copulatæ aut confusæ tantum manente subiecto in utraque propositione in eadem suppositione nec mutata quantitate, ideoque hæ contradictoriæ: omnes Apostoli sunt duodecim, omnes Apostoli non sunt duodecim; non vero istæ: omnes Apostoli sunt duodecim, aliqui apostoli non sunt duodecim; et ne quia cum hæc contradictio nullum possit habere medium, fit ut totius sit remotio affirmationis per negationem.

Dices contra in hisce, omnis homo est animal, aliquis homo non est animal datur vera contradictoria, et tamen non mutatur quantitas, quia subiectum in affirmatiua supponit pro omnibus, in negatiua pro aliquo, ergo non requiritur quod non mutetur quantitas ut sit contradictoria.

Respondetur quod quando subiectum etiam communis et supponit realiter manet idem, licet mutetur quantitas, ut patet in propositum argumentum. Similiter etiam illius affirmatiua tota sit remouetur per negatiuam particularem quæ subiectum etiam communis et supponit personaliter, ideo contradictio obseruatur etiam mutata quantitate, quia vero quod subiectus

Tsi huius particularis uel communis supponeris copulate, aut confuse. Si mutaretur quantitas, affirmationem remoueretur totaliter per negationem, ideo ut contradictio inter similes propositiones obseruetur eadem quantitas manere debet.

Cap. VI de legibus istarum opposit[ionu]m

Leges uniuscuiusque oppositionis explicare oportet, [illegible] ingulis unica lex ponitur.

Lex seu natura contradictoriarum est quod si una est uera, altera sit falsa, et una uniuersalis, et altera singularis, et quod non sint simul ueræ aut falsæ; quæ lex fundatur in illo principio dialectico quodlibet est uel non est impossibile est simul esse et non esse, itaque destrueretur hoc principium si ueri ficari possint contradictoriis, quia sicut impossibile est aliquid esse simul et non esse, ita quod contradictoriæ simul ueræ sint aut falsæ.

2.a lex pro contrariis est, quod in nulla materia possunt esse simul ueras, in materia uero contingenti possunt esse simul falsas; quod patet in his propositionibus, omnis homo est albus, nullus homo est albus. Affirmatiua est falsa cum aliquis homo sit niger, negatiua etiam est falsa cum aliquis homo sit albus, et ita inter utramque propositionem datur medium; quod uero in nulla materia contrariis non possunt esse simul ueræ, constat, quia etiam darentur contradictoriæ simul ueræ; probatur nam si hæc propositio omnis homo est albus esset uera, etiam particularis sub illa contenta, scilicet aliquis homo est albus esset uera; sed hæc particularis est contradictoria huius illius negatiuæ, scilicet nullus homo est albus, quia si contrariæ propositiones essent simul ueræ in aliqua materia darentur duæ contradictoriæ simul ueræ.

3.a lex pro subcontrariis est, non posse esse simul falsas, bene tamen simul ueras in materia contingenti; confirmamus primum quia sequeretur dari duas contradictorias simul ueras, nam si subcontrariæ sunt simul falsæ, earum contradictoriæ erunt necessario ueræ; contradictoriæ autem propositionum particularium sunt propositiones uniuersales inter se contrariæ, et ex duabus contrariis simul ueris

Sequuntur contradictoriae simul verae, et ex duabus sub contrariis falsis consequuntur duae contradictoriae simul verae; 2a Patet tel induct. sic aliquis homo est albus, aliquis homo non est albus.

4a lex pro subalternis est utrumque est vera in materia naturali etiam et alia, et idem iudicium ferendum est de falsitate, in materia vero contingenti universales possunt esse falsae et particulares verae, ut nullus homo est albus, aliquis homo non est albus, non tamen e contra, sicut universales possunt esse verae et particulares falsae.

Arg. 1o contra sequentia pro contradictoriis quia hae duae sunt contradictoriae omne album aliqua albedine est album, aliquod album aliqua albedine non est album, et tamen sunt simul verae, ergo debent contradictoriarum esse simul verae;

2o prob. quia etiam istae duae sunt simul verae, omnis homo servans omne mandatum Dei salvabitur, aliquis homo servans aliquod mandatum Dei non salvabitur;

3o istae duae sunt simul verae omne animal fuit in arca Noe, aliquod animal non fuit in arca Noe; ergo falsa est praedicta regula.

Resp. ad primum non esse duae contradictorias, quia ille casus obliquus aliqua albedine est in prima duae affirmativa debet subiecto, et idem postponendus est ipsi negationi hoc modo aliquod album non aliqua albedine est album, quae duae falsae est.

Resp. ad 2 non esse contradictorias nam propositio omnia mandata supponit copulative in 1a et in 2a, et ita dicendum erat aliquis homo servans omne mandatum non salvabitur.

7 Resp. ad 3 variari suppositionem de incompleta ad completam.

2. Arg. contra 2am. exemplo contrariis quia ideo in contradictoriis non possunt duae propositiones esse simul uerae aut falsae, quia in illis propositio affirmatiua totaliter remouetur per negatiuam, sed etiam in contingenti contrariis, quae non possunt esse simul falsae in materia contingenti; mini propositur nam hac propositione omnis homo est albus totaliter remouetur per istam nullus homo est albus; ergo intentum.

Resp. quamuis aliquo modo sit in hac uel illa materia remoueri totaliter per negatiuam etiam, quia inter omne et nullum mediat aliquid et ita utraque se habent medium; quando tamen sunt in materia naturali, tunc eae materiis nullum habent medium; et ideo propositiones contrariae in materia naturali nequeunt esse simul falsae, bene tamen in materia contingenti.

Cap. VII. de Equipolentia, et conuersione propositionum simplicium.

Equipolentia est idem quod Equiualentia, et contingit quando est eadem ac etiam formalis duarum propositionum solis uerbis distinctarum, ut homo disputat, equiualet huic animal rationale disputat; in praesenti tamen solum loquimur de illa quae conuenit ob diuersionem signorum quae sic definitur, Equipolentia est eadem aequiualentia duarum propositionum, ob diuersorum signorum prouenientia; ut autem cognoscatur propositiones fiant Equipolentes obseruantia initio carmine contempta; Prae contradic, Post contra, Prae, postque subalter.

In primi uersus parte contradic ponitur regula ut duae contradictoriae fiant Equipolentes quod fit praeponendo negationem subiecto utrique propositioni ut omnis homo est aliquis homo non est, si primae propositioni praeponas negationem dicendo non omnis homo est, equiualet secundae aliquis homo non est, si uero 2ae propositioni praeponas negationem dicendo non aliquis homo non est, equiualet huic omnis homo est quia duae negationes affirmant.

In secundo uerbo scilicet post contra continetur Equipolentia propositionum contrariarum quorum sensus est quod ut fiant Equipolentes postponenda est negatio subiecto in his propositionibus omnis homo est albus, nullus homo est albus quae fiunt Equipolentes si in prima ponatur negatio post subiectum et ante copulam hoc modo omnis homo non est albus, et in 2a nullus homo non est albus fiunt Equiualentes.

In tertio vero, qui est oppositionis subalternarum, cuiusque subalter continetur equipollentia subalternarum, et semper est, ut duae subalternae equipolleant sibi ponendo sunt duas negationes una ante et alia post, ut si huic propositioni aliquis homo est albus, proponatur et postponatur negatio dicendo non aliquis homo non est albus, equivalet huic affirmativae omnis homo est albus; quae omnia fundantur in natura negationis, quae maligna est. = Signa quae afficiunt propositiones equipollentes equivalent inter se tam a dictis propositionibus equipollentia proveniat, huius modi autem signa versiculis sequentibus continentur.

~ non omnis, quidam non, omnis non quasi non nullus. ~

~ non nullus, quidam, sed nullus non, valet omnis. ~

~ non aliquis, nullus, non quidam non, valet omnis. ~

~ uterque non, neuter, neuter non, valet uterque. ~

~ non alter, neuter, non alter non, est uterque. ~

Ultima propositionum proprietas est conversio, quae sic definitur: conversio est variatio propositionum categoricarum alterius ad alteram cum formali per transpositionem extremorum; sensus est quod fiat subiectum propositionis conversae, illud idem in convertente et e contra; vocatur autem propositio convertenda, et propositio convertens, convertens, quia ipsa convertitur in convertens.

Conversio quoque triplex est: simplex, per accidens, et per contrapositionem; conversio simplex est transmutatio extremorum propositionis manente eadem quantitate et qualitate, et dicitur simplex quia nullum accidens mutatur, et hoc modo convertuntur universalis negativa, et particularis affirmativa, ut nullus homo est albus hoc modo convertitur, quod nullum album est homo.

Conversio per accidens est transmutatio extremorum propositionis manente eadem qualitate, mutata vero quantitate, quae conversio dicitur per accidens quia mutatur quantitas, quae propositionis accidens est, et hoc modo convertuntur universalis affirmativa in particularem affirmativam, ut omnis homo est albus, quod aliquod album est homo, et etiam universalis negativa in particularem negativam, ut nullus homo est albus, quod aliquod album non est homo.

Conuersio uero contra positionem est quando fit de subiecto praedicatum, et e contra manente eadem quantitate et qualitate mutatis uero terminis finitis in infinitos, et hoc modo conuertuntur uniuersalis affirmatiua et particularis negatiua, v.g. omnis homo est albus, quodcumque non est album est non homo, aliquis homo non est albus, quoddam non album non est non homo; quarum conuersionum his carminibus continentur.

Simpliciter feci, conuertitur eua per acci.
Asto per contra, sic fit conuersio tota.

quorum sensus est quod propositiones designatae in illa dictione feci quae sunt uniuersalis negatiua, et particularis affirmatiua conuertuntur simpliciter; quae uero designantur in illa particula eua, scilicet uniuersalis negatiua et uniuersalis affirmatiua conuertuntur per accidens; et quae denotantur in particula asto, scilicet uniuersalis affirmatiua, et particularis negatiua conuertuntur per contrapositionem; ita tamen ut per quamlibet litteram uocalem denotetur sua propositio, ad quod sequentes uersiculi proponuntur.

Asserit a, negat e, sunt uniuersaliter ambo.
Asserit i, negat o, sunt particulariter ambo.

itaque littera a denotat uniuersalem affirmatiuam, e uniuersalem negatiuam, i particularem affirmatiuam, et o particularem negatiuam.

Cap VIII de essentia, et speciebus propositionis modalis

Explicatis propositionibus categoricis quae simplices uocantur quia nullo afficiuntur modo, tractatur de propositionibus modalibus, ut contrapositis propositionibus deinceps; propositio quae de inesse est illa in qua simpliciter praedicatum enuntiatur inesse subiecto absque aliquo modo ut homo disputat; modalis autem propositio est illa quae continet aliquam particulam restringentem unionem praedicati cum subiecto, ut Petrus disputat bene; cum autem modus sit adiacens praedicati determinatio, ex diuo Thoma opusc. 40; multiplex est modus, non tamen omnis constituit propositionem modalem, aliqui enim modificant praedicatum et subiectum:

Vt Petrus disputat docte, uel Equus hominis currit, ijsdem, etiam modis modificant propositionem et subiectum, et tamen extra hanc propositionem a se propositionis demitte.

Tertio aduertant tandem et retinquant unio nem propositionum subiecto, hi modi quatuor sunt possibile, impossibile, necessarium et contingens, quid tamen possibile et contingens idem omnino significant, ideoque tres modi restant triplici propositionum materiei correspondentes, nam materiei naturali tres necessarium, remotae tres impossibile, materiei uero contingenti tres possibile correspondent.

Secundo nota quod hi modi accipiuntur dupliciter 1° nominaliter, ut possibile, necessarium; 2° adverbialiter, ut possibiliter, necessario, primo modo sumpti habent rationem propositionis in propositionibus modalibus, ut si dicas Petrum currere est contingens, in qua propositione modus est hoc contingens, et habet rationem propositionis, in 2° uero tractato infinitiuum, Vg. Petrum currere est dictum impropositione modali et habet rationem subiecti; si tamen modus sumatur adverbialiter non est propositionum, sed modificat unionem propositionis cum subiecto, ut Petrus necessario est animal.

Propositio modalis est duplex alia composita, et alia diuisa, propositio modalis composita est illa in qua dictum subiicitur, et modus praedicatur, ut Petrum currere est contingens; hic Petrum currere quod est dictum est subiectum, hic contingens quod est modus est praedicatum; modalis uero diuisa est illa in qua modus adverbialiter sumptus interponitur partibus dicti, ut Petrus possibiliter disputat, ex hac diuisione ortum duxit celebris diuisio sensus compositi et diuisi.

Tunc fit sensus compositus quando dictum subiicitur et modus praedicatur, ut si dicas sedentem currere est possibile, quae propositio falsa est quia denotat importare simultatem duorum actuum pro eodem temporis instanti, tunc fit sensus diuisus quando modus interponitur dicto, Vg. sedens potest currere, quae propositio uera est, quia propositio diuisa importat significatum formale propositionis uniendo illud significato formali subiecti.

Cap. IX de quantitate, qualitate, et aequipollentia, et conversione propositionum modalium.

formali praedicari possunt; quia nam abstractum ex
modo significandi est pars, et concretum est totum, sed
pars formaliter ut pars nequit praedicari de toto, q.
neque abstractum de proprio concreto. Mai. p. nam
cretum afert formam concernendo subiectum, et abstrac
tum solam formam importat, q. concretum est totum, et ab
stractum est pars. Dixi de proprio concreto uel abstracto
nam hic propositio aluedo est album uel contra, falsae sunt at
uero concretum praedicari potest in sensu formali de
abstracto alieno, ut albedo est similis, humanitas est realis

Quaestio quinta; V; Utrum sint tantum quinque

Suppono inprimis, quod diuisum huius diuisionis est ille
uniuoce praedicabile ratio est nam membra diuidentia
sunt praedicabilia de multis, nam si de uno tantum
praedicarentur essent in diuiduum deuet q. ut praedi
cabile uniuocum, analoga enim partim eodem partim
diuerso modo praedicantur.

Diuisio q. uniuersalis, in genus, speciem,
differentiam, proprium, et accidens, adaequata est, et ratio
ratio a praedicationis consistit in cognitione unius extremi
cum alio, q. illa est adequata diuisio quae diuiditur nec
tionem extremorum, q. omnis est de ratione extremorum uel essentialis in
uel accidentalis extrinseca. Si essentialis uel explicat to
tam essentiam, et ita est species uel partem potentialem, et
ita est genus, uel partem actualem, et ita est differentia, si uero
unio extremorum est accidentalis uel est primum dimanans
ab essentia et sic est proprium, uel prouenit ex commu
nibus et extraneis principiis et sic est accidens, q. adae
quata est illa praedicatis diuisio in quinque praedicabilia.

℣. Primo arg. probatur praedicabilia esse plura quinque, nam individuum vagum ut aliquis homo, et nomen analogum et mors et existentia, non praedicantur essentialiter quia non pertinet ad essentiam rei, neque ut proprium quia non dimanant a principiis intrinsecis, neque ut accidens, hoc enim potest adesse et abesse absque subiecti corruptione quod non convenit morti, ergo in nullo istorum praedicabilium continentur, ergo praedicabilia sunt plura quinque.

Respondetur ad primum analogum non esse simpliciter universale, sed reductive, quia partim est idem et partim diversum, universale vero est unum: excluditur etiam individuum vagum quia non dicit solam naturam sed etiam singularitatem quae pugnat cum unitate; ad 3 dico, quod mors et existentia, sunt accidentia, quae licet non adsint, vel absint sine physica corruptione subiecti, bene tamen sine methaphysica, quod secus accidit proprio, quo destructo a posteriori sequitur destructio essentiae.

℣. 2o arg. probatur esse praedicabilia minus quinque, nam duae sunt tantum praedicationes scilicet essentialis, et accidentalis, ergo duplex est praedicabile.

Respondetur illas duas praedicationes constituere duo genera praedicabilium, non vero species ultimas.

Sed contra, nam omne accidens comprehensum sub genere, vel species cum habeat propria inferiora de quibus essentialiter praedicatur, ergo quintum praedicabile superfluit vel coincidit cum genere et specie.

Respondetur solutione data et ad replicatam dico quod si accidens comparatur ad propria inferiora et de illorum essentia, et continetur sub genere et specie; accidens tamen non sic pertinet ad quintum praedicabile

Quaestio sexta utrum haec diuisio sit generis in species

Sit, diuisio ulli in quinque praedicabilia est uniuoca et generis in species, utque namillae quinque praedicabilia uniuoce praedicantur de multis (quamuis proprium et accidens praedicentur accidentaliter) quae uniuoce sunt ulla, probatur ex diuo Tho. contra gentes, capite 33° ubi dicit omne quod uniuoce praedicatur uel est genus, uel species, uel differentia, uel proprium, uel accidens, quae praedicabilia uniuoce praedicantur, ergo etc. namilla praedicantur uniuoce in quibus praedicatur eadem ratio et eandem rationem, sed eadem ratio omnium praedicabilium sunt enim in multis, ergo haec diuisio uniuoca est.

1. Dices contra proprium et accidens praedicantur accidentaliter, reliqua uero praedicabilia essentialiter praedicantur, quae diuisio est analoga, quia non eadem ratione significatur, sed in praedicabilibus non est eadem ratio significata, quae non est diuisio nec praedicatio uniuoca. = Respondeo quod proprium et accidens accidentaliter praedicantur quantum ad entitatem quam praedicant, quantum ad ulitatem quae praedicant non, sed nominum sufficit accidentaliter identitas, ad uero ... quod illud quod praedicatur non sit unum simpliciter in multis, primum uerum in proprio et accidente, 2. uero falsum, ista praedicabilia sunt analoga ratione entitatum et uniuoca ratione aliorum.

2° arguitur: membrum in bona diuisione diuisum non debet coincidere cum membro diuidente, sed in hac diuisione praedicabilium ulla quod diuisum coincidit cum genere quod est membrum diuidens, quae mala est diuisio = Respondeo non sicut coincidit cum genere formaliter non tamen denominatiue communi, ulla quae non communicat et ut quo non est forma qua aliquid est genus, sed qua aliquid est ulla, ulla uero ut quod idest consumptum ut res quaedam suscipit haec denominationem generis respectu quinque praedicabilium, et ita quod est in ... ulitate generis, denominatiue est species ulla.

Liber categoriarum, seu praedicamentorum Aristotelis.

Aggredimur iam ad libros Ethicos ex quibus rerum naturalium vera cognitio patefaciunt. Dividitur autem hic liber in tres partes: in 1a agit de ante praedicamentis quae sunt praeludia ad seriem, seu coordinationem praedicamentorum; in 2a parte tractatur de praedicamentis seu categoriis, quae sic vocantur graece, suntque ipsa series et ordo praedicabilium, et vocantur decem genera suprema; in 3a parte agitur de postpraedicamentis, ut suo ordine videbimus.

Cap. 1um de ante praedicamentis, scilicet aequivocis, univocis, et denominativis.

Nomen aequivocum dicitur aequivocans per modum actionis, res vero per nomen significata dicuntur aequivoca, aequivocata, namque intentiones fundantur in nominibus, et ideo res utique vero dicuntur, et non, ut voces sunt in rerum differentiis, quae sic se habent. Aequivoca dicuntur quorum nomen est commune, ratio vero substantiae nomini accommodata est diversa, ut canis ~~[illegible]~~ dicitur nomen aequivocum ad terrestrem, marinum, et caelestem, quia ut significantur tali nomini non habent eandem, sed diversam rationem, dicitur nomen commune, quia debet esse omnino unum, ut in accidente ex sola mutatione accentus tollitur aequivocatio; ratio vero idest conceptus obiectivus substantiae, idest essentiae, ut tali nomine est diversa.

Univoca dicuntur quorum nomen est commune, ratio vero substantiae nomini accommodata est eadem, ut animal respectu hominis et equi, nam si quaeratur quid sit animal, respondebitur: est vivens sensibile.

Denominatiua dicuntur quæ ab aliquo appellationem nominis habent solo casu differentia, ut ex logo dicitur logicus: itaque in qua cumque denominatione reperiuntur tria nempe forma denominans, res denominata, et denominatiuum, ut albedo est forma denominans, paries album, paries res denominata, et concretum album e denominatiuum, quod debet deriuari a forma denominante.

Definitum autem in hac definitione est 2a intentio significata in concreto cui conuenit definitio, ut supra definitum aliquod. Sed dices quid ergo definitur de ut esse species, quod est uniuocum, quod æquiuocum possunt definiri; Resp. ergo 23 conclusionem, quod non possunt definiri 1o intentionaliter 23 voces diuersas 1o coam, 2o intentionaliter ut considerantur æquiuoca a 2a intentione non coam. hoc enim modo sunt uniuoca, alio uero modo indefinibilia, et ita terna æquiuocatione quædam species 23 intentiones, quæ æqualiter participatur ab his

Disputatio decima de analogia nominum

q.o prima quid et quotuplex sit analogia

Analogia Græce latine e proportio seu comparatio, quæ non omnimodam æqualitatem, sed aliquam conuenientiam cum dissimilitudine importat, eadem inuocamus proportionata, quæ habent aliquam similitudinem cum diuersitate quod

en tutanto. Hispane sic exprimitur, es lo mismo en ... idem in sua mensura, et proportione; quæ ratio analogiæ in propria in loga ut ad nos expectat.

Analoga ergo sic sumpta sic definiuntur analoga sunt quorum nomen e commune ratio uero substantiæ 23 illud nomine partim eadem, et partim diuersa, hic dicitur conuenit analogis physicis uel 23 esse, quod eam inæqualitatem defenditur in se significata per nomen sine differentiis contrahentibus ipsa

sic de finiuntur 23 existentiam: analoga uero logica quorum nomen e commune, ratio uero substantiæ 23 illud nomen e simpliciter diuersa et 23 quid eadem

Non tamen ita ut equaliter participent rationem eandem et diversam (esse enim opposita utuntur contradictoria) participant rationem simpliciter diversam et secundum quid eandem, et ita mediant inter univoca et pure equivoca a quibus distinguuntur.

Hic ergo analogia alia est proportionis, seu attributionis, alia proportionalitatis, analoga ergo attributionis, sic definiuntur analogata sunt quorum nomen est commune, ratio vero substantiae eadem secundum quid tum, et diversa secundum diversas relationes ad illam, ut sanum quod dicitur de animali cum medicinis, urina, et aliis, ratio vero substantiae scilicet sanitas, est eadem secundum tum in hys omnibus, et diversa secundum diversas relationes, ad quam respicit sanitatem ut subiectum illius, medicina ut causa urina ut indicativum; quae analoga vocantur attributionis, quia principalius analogatum tribuit aliis denominationem quae reducuntur ad ipsum.

Analoga proportionalitatis sic definitur quorum nomen est commune ratio vero substantiae est similis secundum proportionem, ut videre corporale visione et intelectuali, et ita ratio significata? ... catae proportionaliter similis, nam sicut visio corporalis rem corpori ostendit, ita intelectio rem animae repraesentat: hic ergo analogia duplex est alia propria, alia metaphorica, propria est in qua ratio significata per nomen analogum reperitur intrinsice in analogatis ut ens est analogum substantiae et accidenti, analogia metaphorica est in qua ratio significata per nomen analogum est intrinsice in uno et extra in alio ut risus est intrinsice in homine, et extrinsice in viriditate prati.

Utraque analogia habet suas conditiones, pro analogia attributionis sunt tres conditiones: 1a, ratio significata per nomen analogum sit formaliter et intrinsece in primo analogato, in aliis vero per extrinsecam denominationem, ut sanitas quae formaliter et intrinsece reperitur in animali, extrinsece vero in medicina et herba: 2a quod ratio significata sit una numero, non multiplicata, sicut in univocis, nam alia est alia, alia hominis, alia equi: 3a conditio est quod primum analogatum ponatur in definitione caeterorum, ut si definias medicinam dicendo esse causam sanitatis animalis; et ex his analogiis sumitur axioma: analogum per se sumptum stat pro famosiori significato.

Pro analogia proportionalitatis propriae praecipua conditio est, quod ratio significata per nomen sit formaliter et intrinsece in omnibus analogatis; 2a quod unum non debeat poni in definitione alterius. = =

Q. II. V. Conditiones utriusque analogiae recta sint. = = = = =

Sit etc. ratio significata per nomen analogum attributionis in intrinsece in primo analogato, et extrinsece in aliis; ratio vero significata per analogum proportionalitatis intrinsece in omnibus analogatis, etc. probatur quoad 1am partem, nam impossibile est quod ratio creata non multiplicata sit intrinsece in pluribus realiter distinctis, sed ratio significata per analogum attributionis est creata, realiter non multiplicata, quae repugnat esse intrinsece in pluribus realiter distinctis, ergo solum est intrinsece in primo et extrinsece in aliis analogatis. maior est evidens, minor ... et una ex conditionibus analogiae attributionis

Quo ad 2 ptem n̄ repugnat dari nomen equiuocum ut sonus immediate significans plura absque aliqua similitudine unius ad alterum, qr non repugnat dari nomen analogum immediate significans plura analogata cum proportione unius ad alterum ut sicut cor est rerum uitae ita fundamentum domus principii generatio significata per analogum proportionalitatis proprii e intrinsece nominibus analogatis.

Dicrs c primam ptem, qz mas in analogo sanum tribuitur extrinsece denominatio in medicina et herba, sed intrinsece respicis a d rem significatam per illud, sed ille respectus fundatur aliquo intrinseco scilicet in efficientia sanitatis, qo ratio significata per analogum atributionis est intrinseco nominibus analogatis

Rur n̄ mas quo ad 1 ptem nam licet herba et medicina dicant relationem intrinsecam ad sanitatem propter uirtutem sanandi, n̄ tamen intrinsece denominatur sana, qui a sanitas talis habitudinem fit intrinsece in herba uero et medicina habet rem tn extrinsece denominantis: ut licet fundamentum relationis sit intrinsecum, n̄ implicat fram denominantem extrinsecam esse, nam efficientia sanitatis n̄ denominat medicinam formaliter sanam, sed efficientem causatiuam sanitatis

D. XI. de diuisione entis in sua inferiora

Q. I. v. ens sit vniuocum, equiuocum, uel analogum respectu suorum inferiorum

In presenti loquimur de ente prout se extendit ad omnia, et prout multis diuiditur, cuius precipue sunt tres diuisiones, 1a e diuisio entis in reale et rationis, 2a e diuisio entis realis in Deum et creaturas, 3a e diuisio entis realis creati in substam et accidens, siue in decem predicamenta;

Modo inquirimus, quomodo ens quod dividitur sumitur se habeat respectu membrorum dividentium.

Sit 1a co. ens non e equivocum enti reali et rationis, Deo et creaturis, substantiis et accidentibus. probatur 1ae quo ad ens reale, nam ens rationis fit et cognoscitur ad modum entis realis, ergo ens non e equivocum enti reali et rationis. probatur 2a con. nam equivoca dicunt omnimodam diversitatem in illis de quibus dicuntur.

Probatur quo ad 2 partem co. nam ex cognitione unius equivocati non venimus in cognitionem alterius, sed ex cognitione creaturarum venimus in cognitionem Dei ex 1o. ad Romanos. invisibilia Dei a creatura mundi per ea quae sunt intellecta conspiciuntur, ergo ens non e equivocum Deo et creaturis.

Probatur quo ad 3 partem co. nam inter equivocata non e ordo prioris, sed posterioris, sed inter substantiam et accidens e talis ordo, quia accidens dependet a substantia, et illi inheret, ergo ens non e equivocum substantiae et accidenti.

Sit 2a co. ens non e univocum enti reali, et rationi, Deo et creaturis, substantiae et accidenti. probatur primum, nam ens rationis e quaedam similitudo entis realis, ergo ens non e univocum. 2m probatur quod effectus non aequat virtutem causae nominalis [illegible] non e univocum, sed omnis creatura e effectus Dei non adaequans eius virtutem in ratione entis, ergo ens non e univocum Deo et creaturis. maior probatur nam effectus non adaequans virtutem causae non recipit eius similitudinem 2 eandem rationem, et quod in effectibus deficienter sit in causa simpliciter, sed univocum significat formam quae simpliciter participatur ab inferioribus, ergo ens non e univocum Deo et creaturis. Probatur 3m, nam omne accidens definitur per substantiam, ergo ens non e univocum substantiae et accidenti. con. probatur nam univocata equaliter participant rationem univocam absque dependentia unius ab alio, ergo si accidens definitur dependenter a substantia

Dices contra. plures effectus non adequant virtutem causae et tamen univoce conveniunt cum illa in aliquo gradu, ergo illa ratio adducta inefficax est. maior patet in causis aequivocis, ut ignis ille cum quo, et aurum quod est eius effectus univoce convenit in gradu substantiae, sed aurum est effectus solus non adequans eius virtutem, ergo in eventum.

Respondeo distinguendo minorem et tamen univoce conveniunt in aliquo gradu substantialitatis effectus non adequans virtutem causae, nego; sub alia formalitate, concedo. et ita aurum in ratione effectus solus non convenit univoce cum illo, sed secundum gradum substantiae, secundum quem non est effectus solus, et ita efficax est ratio nostra.

Sit 3a conclusio: ens in communi est analogum attributionis respectu entis realis et rationis. Probatur nam ens rationis definitur, et participat esse ab ente reali, ergo dicitur illi attribuitur; ergo ens est analogum attributionis entis reali et rationis. Etiam est analogum proportionalitatis proprie, nam quidquid participat intrinsece rationem entis intrinsece est ens, sed ens rationis intrinsece illa entitate metaphorica in qua consistit, ergo ens est analogum proportionalitatis entis reali et rationis;

Etiam respectu Dei et creaturarum ens est analogum attributionis et proportionalitatis. Probatur 1um nam Deus est ens per essentiam, creaturae sunt entia per participationem ab entitate divina a qua possunt denominari ut sunt vestigia Dei, ergo ens est analogum attributionis Deo et creaturis.

Probatur 2um nam ratio significata per analogum proportionalitatis est intrinseca in omnibus analogatis; sed ratio entis est intrinseca Deo et creaturis, quia est transcendens, quod petit intrinsece esse in qualibet re; ergo in eventum. Idem patet in substantia et accidente, nam accidens prout attribuitur substantiae est analogum attributionis, et prout habet entitatem intrinsecam licet a substantia dependentem est analogum proportionalitatis.

104

℣ Primo arg. Contra 1 cc. nam ens reale et ens rationis nullam habent similitudinem, ergo nihil illis commune e, praeter nomen, ergo sunt aequivoce. Probatur ans. quia magis distat ens reale et ens rationis quam finitum et infinitum, sed finiti ad infinitum nulla est proportio et similitudo, ergo neque inter ens reale et rationis; major constat, et minor probatur nam major distantia minuit similitudinem, ergo infinita distantia tollit omnem similitudinem, sed inter finitum et infinitum est distantia infinita, ergo inter ista nulla est proportio, ergo ens est aequivocum reali et rationis.

Respondetur negando ans. ad cujus prob. nota quod est duplex similitudo, alia intrinseci ejusdem generis, quae eadem ratione in diversis reperitur, quae similitudo minuitur per distantiam, quae cum infinita inter deum et creaturas non comparatur talem similitudinem, altera similitudo proportionalis inter res diversi generis, ut similitudo inter sex, et tria, inter novem et sex, quae similitudo non minuitur per distantiam, hac cum creaturis dicuntur similes Deo. Cum autem ens reale et ens ratione in eadem generis ratione entis conveniat suo proportionali modo, ideo ratio entis in illis non aequivoca sed analoga est.

℣ 2° arg. nam eterno et temporali nihil est commune praeter nomen, sed Deus est eternus, et creatura temporalis, ergo solum nomen illis commune est, sed hoc est proprium aequivocorum, ergo ratio entis est aequivoca Deo et creaturis. Et confirmatur: nam ubi est similitudo potest esse comparatio, sed Dei ad creaturas non est comparatio, ergo nec similitudo; minor probatur, nam comparatio fit per aliquam formam, quae participetur aequaliter a pluribus vel magis et minus, sed nulla talis forma potest esse in Deo, alias esset compositus, ergo Dei ad creaturas

R^ur d^o mai. æterno et temporali nihil e commune preter nomen communitate phisica et naturali, b^o, communitate log^a n^o. preterquam abstrahibile qua ratio quæ sit analogice æterno et temporali. ad confir. R^ur n^o mai, nam sicut disiplexe similitudo sitta comparatio quæ si ueritate inter res eiusdem generis participabile talis fra: si uero sit comparatio proportionalis ut res diuersi generis, ut inter deum et creaturas, sufficit quod analogata habeant aliquam proportionalitatem.

z 3° arg. magis differunt substa. et accidens, quam canis marinus et latrabilis, sed hic continentur sub eodem predicamento substa. uero et accidens sub diuerso, sed nomen canis e pure æquiuocum, q^o et nomen ens = R^ur d^o mai; magis differunt 2 se consideo, ut significatur nominibus entis et canis n^o: nam rebus eiusdem generis potest imponi aliquod nomen absque consideratione conuenientis ut e nomen canis, rebus uero diuersi predicamenti potuit imponi nomen ex consideratione proportionalis conuenientis ut nomen ens.

z 4° arg. d^a 2 cc^m nam mensura et mensuratum debent esse eiusdem rationis, sed perfectio diuinae mensura creaturarum, ergo Deus et creatura uniuoce in eadem ratione conueniunt. mai. R^ur nam mensura debet esse homo ipsius idem eiusdem generis. et confir. quia nihil cognoscitur nisi per speciem eiusdem rationis cum obiecto; sed Deus cognoscit creaturas per suam essentiam, ergo Deus et creatura sunt eiusdem rationis.

Rur do mai. 1do mensurae superexcedens et in commensurabilis devent esse eiusdem rationis, quia mensura est proportionata et commensurabilis, Deus autem non est mensura Creaturarum 1o modo, et ideo Deus et Creatura non sunt eiusdem rationis.

Sed 2a nam de ratione mensurae est quod dicitur proportionata mensurato, sed vel Deus non est mensura creaturarum, vel est proportionata, et eiusdem rationis cum mensuratis Creaturis; Rur quod nomen mensurae id quod certificamur de quantitate alicuius rei, et ita inter quantitates est mutua commensuratio, ita ut extra praedicamentum quantitatis nihil habeat rationis mensurae. Deus autem dicitur mensura Creaturarum eminentialiter, nam cum sit fons omnis perfectionis, certificamur de perfectione Creaturarum ex participatione divinae perfectionis. = ad Confir. dan. nihil cognoscitur nisi per species eiusdem rationis in repraesentando, sed in essendo non; unde quanto nobiliore species, eo est perfectior cognitio, et ita essentia divina est species creaturarum super eminenter, quae excedit in infinitum obiectum creatum.

= 5o arg. 2a 3, cc nam analogia proportionalitatis et atributionis habet conditiones oppositas, quo utraque non potest inveniri in eadem ratione; probatur, nam analogia atributionis petit esse intrinsece in 1o analogato, et extrinsece in aliis absque reali multiplicatione formae denominantis, analogia proportionalitatis petit quod ratio sit intrinsece in omnibus analogatis cum reali multiplicatione, sed hae conditiones sunt oppositae, quod intentum. Rur do conditiones non posse inveniri in eadem ratione, sub eadem habitudine, sed sub diversa non, et ita accidens est intrinsece ens ab propria entitate, et haec denominatio intrinsece est fundamentum ut denominetur ex entitate substantiae, et ita ens prout intrinsece in Deo, et extrinsece in creatura est fundamentum ut resultet relatio rationis, nempe analogia atributionis, et intrinseca denominatio entis est fundamentum ut resultet analogia proportionalitatis, et sicut intrinseca et extrinseca intrinsec

Ciusdem entitati, materialiter sumptæ sub diuersa tamen fralitate, et relatione. Sed 2º nam sequeretur quod accidens, esset substa, et creatura deus, quia tam sibi denominare non est cumque entitas, sed entitas debi vnica, vel substalis, qo intentum. Rndr ens prout analogum attributionis principaliter significaret substam, et 2rio accidens, quod respicit substaut ntrum sui dependentis, unde solum denominatur ens, non tamen denominatur substale, nisi sumendi palius analogatum, similiter entitas diuina diuum denominat solum ens diuinum, non uero creaturam.

Q; II; V; ens trancendat sua inferiora.

Nota quod trancendens itae de essentia rerum ut nihil sit in illis, de quo fraliter non prædicatur, etinciy ultimy differentijs non imbibatur, sed quod distinguitur ab uniuoco, quod licet sit de essentia, tamen non neque includitur in eius differentijs, ut licetal sit de essentia hoy, non tamen de essentia rdlis: hoc autem ens suas habet proprietates scilicet quod sit res, verum, bonum, aliquid, unum; cui autem ens, sit res uniuersalissima, supra quam nihil e superius per quod definiatur, tamen sic describitur a divo Thoma, ente cuius actus esse, vel id cui competit esse, quod intelligitur de ente creato, nam deus non habet esse, sed est ipsum esse per essentiam, quod uero ad eundem e essentiale prytum creaturæ: inde sumitur ens nominaliter sumptum prout significat potentiam, cuius actus e esse, et vocatur ens quoad essentiam, alio modo e ens participialiter sumptum quod profali significat existentiam.

Dico 1º ens nominaliter sumptum trancendit sua inferiora: ratio, quia ens et nihil opponuntur contradictorie, et ratione essentialiter ens exit omnino nihil, sed differentiæ entis sunt aliquid, et sunt entia, qo ens trancendit sua inferiora

Dico 2°: ens participialiter sumptum non includitur essentialiter in differentiis de illis tamen predicatur accidentaliter, et denominative, ratio est, nam ens participialiter significat presentialem existentiam, sed existentia non est de essentia creaturis, sed illi accidentaliter convenit, ergo ens participialiter sumptum non includitur essentialiter in differentiis, de illis tamen predicatur accidentaliter, ut de vero reale existente.

Sed dices 3°: si ultimae differentiae haberent quid includerent rationem entis, nimis convenirent cum illo, quod differentiae differrent interne, indigerent aliis differentiis, et istae includerent ens, etiam indigerent aliis, quod vel datur processus in infinitum vel differentiae non includentes. Respondeo sequellam convenirent intrinsece proprie et simpliciter, nam 2 quod est proportionaliter, ergo convenire enim proprie est plura simul convenire in uno, et cum ens indicat unum gradum communem differentiis ideo differentiae in illo non conveniunt, sed se totis differunt, etiam indigent aliis, quia hoc est speciale differentiis convenire.

q.° III; V; ens dicat unum conseptum Coem; et presisum a suis inferiori

Presens dubitatio non procedit de analogo attributionis, quod nequit presciendi a suis inferioribus, sed procedit de analogo proportionalitatis, pro cuius decisione nota quod conceptus est duplex formalis et obiectivus, formalis est actus intus quo representatur obiectum, obiectivus est ipsum obiectum per conceptum formalem representatum, et de utroque procedit difficultas, de formali an menti correspondeat in ente, aliquis conceptus formalis distinctus a conceptibus formalibus inferiorum; de obiectivo, an ex parte obiecti ens significat gradum distinctum ab inferioribus ita ut sicut animal non significat immediate hominem et equum, sed gradum sentiendi, itaque non significat immediate hominem et equum, sed gradum sentiendi, itaque non significat substantiam immediate et accidens, sed gradum et perfectionem illis communem.

2º nota quod conceptus intus est duplex, alius explicitus et perfectus, qui repraesentat plura 2 aliquam unitationem, ita ut immediate repraesentet illam rationem plurium com(munem), et talis conceptus entitative et formaliter unus est. alter conceptus est imperfectus et confusus, qui immediate repraesentat plura 2 aliquam similitudinem proportionalem, et non 2 unam rationem illis communem; hic conceptus licet entitative sit unus, in repraesentando tamen est unus 2 quid, quia non repraesentata solum(m)e proportionaliter una.

3º nota quod praecisio intus dupliciter fit, uno modo simpliciter excludendo unum ab alio per rationem, et haec est positiva praecisio, alio modo fit abstractio per conceptum magis confusum, non tamen 2 exclusionem unius ab alio, quae conceptus abstractionis conducit ad divina attributa, quae in suo conceptu non se excludunt quia unum non manet in potentia ad aliud, ut actus purus, et ita misericordia ut talis non includit actu iustitiam, sed quia mens nostra non explicat totum quod est divinum in illo conceptu, sed solam misericordiam, ideo distinguitur a iustitia non per exclusionem unius ab alio sed per non explicationem; ita ens quando intelligitur indifferentiis nequit ab illis separari, sicut ut separatur a reali, sed separatur conceptus entis a differentiis, quia in confuso, et non explicite cognoscuntur.

Sit 1ª conclusio enti correspondet in intellectu unus conceptus fidelis confusus et imperfectus non praescindens ab inferioribus per actualem exclusionem illorum sed illa includit non tamen explicat, et quod nomen ens immediate significat sua inferiora ut proportionabiliter similia, quod ens non correspondet in intellectu conceptus explicitus, sed implicitus; confusus patet namque unitate obiecti sumitur unitas conceptus fidelis, ac per namque quodlibet analogatum habet rationem suo proportionali modo, id est entitante, quod correspondet

Intuu conntia proportionali, quæ nõ exigit plures con-
ceptus, sed unum conceptum confusum, ergo taly cõia
terminat unum conceptum confusum, sicut audito
nomine ens, intus format unum conceptum non
plures.

Sit 2ª cõ ens nõ significat immediate
aliquem conceptum obiectum sibi inferioribus et
ab eis precisum, sed immediate significat sua in-
feriora. Probatur 1ª pars nam proprium transcendens nequit
prescindi ab illo, in quo imbibitur, sed ens transcen-
dit inferiora, ergo nequit prescindi ab illis, maior probatur
implicat unum prescindi ab alio secundum rationem, sed
huc secundum rationem imbibitur in illo, sed ens etiam secundum
rationem imbibitur indifferentijs; ergo intentum. Probatur
minor, nam quandocumque precindantur differentijs
semper sunt aliquid, ergo sententia quoniam et ens
secundum rationem imbibitur indifferentijs. = maior minime
loquimur alio modo. Probatur nam proprium transcendens
est essentiale suis differentijs. sed nulla res potest
prescindi ab aliquo sive essentiali, ergo transcendens
nequit prescindi ab inferioribus.

Et confir. 1º quia nullus conceptus
precisus potest esse transcendens, sed ens est trans-
gens conceptus precisus, maior probatur repugnat quod
aliquid comparetur ut pars ad compartem, et
quod imbibatur in illo, sed si ens prescinderet
ab his comperarentur ut quid equale contrahi-
bile per differentias, ergo nullus conceptus precisus est trans,
maior probatur nam pars ut pars excludit compartem
et ideo genus nõ includitur in differentijs ut constituatur
species, ergo conceptus communis per modum partis
nõ est trans, sed precisus.

Confirmatur 2º: si ens non transcenderet a
suis modis et differentijs itaut solum diceret convenientiam
inferiorum essentiam sine diversitate nõ esset analo-
gum, sed hoc est falsum, ergo. Probatur sequella, nam in tali
conceptu esset omnimoda convenientia sine diver-
sitate, sed analogum dicit convenientiam cum diversitate,

Q. ille conceptus n. erit alogus, sed univocus = Dices, ens in illo conceptu n. dicit diversitatem actualem, bene tamen virtualem quatenus petit descendere ad inferiora cum diversitate, quae sufficiens est ad tollendam univocationem = Resp. 2a diversitas virtualis seu irradical n. impedit univocationem probatur nam conceptus genericus est radix inequalitatis inter species, sed quod est radix principii et causans diversitatem est radix diversitatis, ergo praedicta inequalitas n. impedit univocationem, Ad 2. in praesenti negatur nam conceptus praecisus n. descendit ad inferiora cum diversitate, ergo est univocus, probatur quia nam ens sic praecisum cadere sicut ipsa inferiora praebuerunt fundamentum sed prout inequalia, ergo min. probatur ad conceptus est simpliciter unus etiam in fundamentum ergo talis ratio praecisa n. potest descendere cum inequalitate.

Proponuntur et solbuntur arguta

2 Primo. Cit. divi Thomae 1a p. q. 5a art 3o ad 1m ait, substa. quantitas, et qualitas contrahuntur ens aplicando illud, ad aliquam quidditatem, sed contractio nequit intelligi, nisi praecedat abstractio del praeciso, ergo datur conceptus praecisus.

Resp. quod analogum n. abstrahitur simpliciter a suis inferioribus, ergo ad 2. ex quo citem continetur in illis dicitur contrahi et quod per maiorem expressionem sui conceptus in inferioribus, et hoc modo ens contrahit propter dicta, quia illum gradum, quem confuse significat ens, substa. et accidens explicat =

2. 2o arg. ens prius est natura quam substa. et accidens, sed id quod est prius natura nequit essentialiter includi in eo quod est posterius natura sua, ergo ens n. construitur per eadem, mai. probatur nam idem prius altero, a quo n. valet subsistendi cons., sed valet ab ente ad modos, bene tamen e 3a, ut est ens ergo persona, bene tamen valet, est persona, ergo est ens, ergo ens est prius

[illegible]

Et confirmatur, nam primum in unoquoque genere
e maxime unum, sed audito nomine ens, primum
quod cognoscit intus e ratio entis n cognitis differen
tiis, go ens e maxime unum et praecisum ab illis,
et quod in genere intelligibili prius cognoscitur ab
intus e nam ens praecisum a differentiis. =

Rur primus ens e prius natura
differentiis simpliciter, 2 quid e. Licet enim conceptus
proportionalis quam habet substa, et accidens in
ente sufficiat utrumque sit superius 2 quid, tamen
ad istum modum prioritatis sufficit ordo, pro im
plicitum, et explicitum: ad probationem dominus, si non
valet ens, quod per se, dominus, distincte et determi
nate, ei determinate, et confuse. = ad confir.
dominus; primum in unoquoque genere perfec
tionis e maxime unum, tum ordine originis e
maxime unum non, ut patet in materia prima,
quae licet ordine originis sit primum in genere substa
n tamen ordine perfectionis, ideo habet minimam
unitatem neque negativam; similiter philo
sophandum e in mente, nam cum intus procedat
de potentia in actum, prius confuse, deinde perfecte
cognoscit, et in talem confuse cognitum habet mi
nimam unitatem.

Ad 3 arg. nam ens vel significat im
mediate substam et accidens, vel utrumque si
mul, vel aliquid illis commune, n primum, nam hoc
posito falso, accidens e ens, substa e ens, neque
secundum, nam hoc posito substa e ens, et idem ac
substa e substa et accidens, go tertium dicendum e
quod ens significat aliquam rationem communem = et confir.
nam nomen ens fuit impositum ad significan
dum esse in communi, et in modos seu species, pur
nam audito nomine ens n concipimus modos
ad differentias, sed talem rationem (?).

Rur ens n significare immediate aliquam ro-
tem, uel solam substam uel accidens, sed utrum-
que simul confuse 2 suas proprias rões utroq
proportionabiliter se habentes, tamen q̃do dicitur
substa ē ens, ens n predicat oia analogata, quæ
materialiter et implicite continet, sed predicat
illam rõem habendi esse, quæ ratio n determin-
at sed confundit et implicat oia analogata, et
solam substam explicat, sicut multitudo hom.
alonge uisam confundit distantia obti, et de-
fectus lucis. similiter in hac predicatione Pater e
Deus, ly Deus actu continet tres persõnas termi-
nantes deitatem, et tamen quia illas n explicat
ideo Deus n predicat de pte tres persõnas, sed solã
deitatem, ita ens n predicat rões distas, sed illam
rationem habendi esse, in qua oia conueniunt.

Ad conf. Rur de ente audito no
mine ens n concipimus distas explicite, c° cedi
tur n° utpote uideo mille homines, ui, uel n discer
nit singulos, et tamen n ē in dendrium unica
uisione per modum unius unitate confusionis,
ita ens confuse representat oia analogata
sub confusione habendi esse, quod solum ex
plicat

2 4° arg. Si n darentur conceptus priu
sioni maxime, quia ens esset de conceptu essen
tiali differentiarum, et 3a. sed hoc ē falsum, g°. min
pur. etiam stat oportune predictum transcendens esse
de essentia differentiarum, et quod differentia n sint de
conceptu essentiali talis predicti, q°. p° ur animam
essentia diuina ē de conceptu essentiali relatio
nuum, et tamen relationes n sunt de concep
tu essentiæ diuinæ, q° a simili predictum transcendens
ē de essentia differentiarum, n tamen differentiæ de concep
tu essentiali entis

Idem assumptum alia inductione p(roba)tur, nam genus essentialiter includitur in specie ut a(nim)al in hoē, et tamen de eius essentiali conceptu, ut homo essentialiter non potest concipi quin concipiatur a(nim)al, sed potest concipi a(nim)al non concepto homine, q(uo)d etiam tenet similiter conceptum disparatum, non tamen de [illegible] de conceptu entis, q(uo)d poterit concipi ens sine differentiis. maior e(st) evidens, minor p(roba)tur, nam homo n(on) de essentiali conceptu a(nim)alis (alias ubi a(nim)al naturale ibi esset homo), q(uo)d a(nim)al potest concipi sine homine q(uo)d licet ens sit de conceptu disparatum, non tamen e contra haec sit mutuo essentialiter inclusio.

R(espondeo) ad maiorem, negando minorem, ad probationem [illegible], ad cuius probationem, negatur cons(equentia), ut discrimen est: nam essentia divina, ut quid absolutum et communicabile, transcendit relationes divinas, et ita est de conceptu essentiali illarum, cum tamen relationes sint quid distinctum et incommunicabile, nam in divinis omnia sunt unum, ubi non obviat relationis oppositio, relationes non sunt de conceptu essentiae, nam incommunicabilitas opponitur transcendentiae, alias pateret [illegible], cum tamen ratio entis respectu illius transc[endat], quia essentialiter differentiis, et [illegible], quia differentiae includunt formaliter illas eandem rationem entis, ideo includunt essentialiter ens, et ita est mutua inclusio essentialis.

Ad 2(um) [illegible] R(espondeo) ad maiorem, et minorem, et negatur cons(equentia), et disparitas est, nam a(nim)al habet ut genus, quod licet sit essentiale speciei, cum tamen non sit transcendens respectu illius, sed quaedam ratio univoca, potest praescindi a suis inferioribus, et ita potest concipi a(nim)al non concepto homine, nam licet univocum sit de essentia inferiorum specierum non tamen differentiarum, ut a(nim)al est de essentia [illegible], non vero de conceptu rationalis, quia non est ipsum transcendens, quod [illegible] [illegible]

Quia e trans, ut analogum. et ita in transcendentia fundatur mutua [illegible] ... inductio, quia ipsi participant rationem entis, ut trans est et si cut ens in se consideratum petit esse in talibus ... ita dicitur ut entia sunt de conceptu essentiali illius.

Ex dictis infertur accidens esse trans respectu omnium praedicamentorum praeter substantiam, non tamen immediate significat aliquam rationem com[munem], sed ipsa novem genera quae suas proprias rationes et proportionabiliter habentes, de quibus taliter praedicatur, et ita analogum proportionis proprium, si novem praedicamenta sint entia intrinsece.

q.° IV; quid sit praedicamentum, et quae entia ponantur in illo, et quid requiratur ut aliquid sit in praedicamento.

Praedicamentum est talis quam ordo praedicatorum inferiorum et superiorum ab uno supremo quod praeter dici inferiori usque ad individuum quod subiicitur superiori, et quia alia praeter superiora sunt, alia vero inferiora vocantur gradus, quia per ipsos ut [illegible] ascendimus et descendimus, ut in arbore praedicamentali patet. quia vero ut aliquid sit in praedicamento debet habere veram et realem entitatem, ideo ens rationis a praedicamento excluditur.

quaedam autem entia recta sunt in recta linea, quaedam vero a latere et reductive collocantur, quia inaequaliter participant rationem entis, ut vero aliquid sit in recta linea praedicamentali quinque assignantur conditiones* prima est ut sit ens per se et ita excluditur ens per accidens, quia non unam sed plures dicit naturas etiam excluduntur concreta accidentalia, 2a quod sit ens completum quod

*ditiones

Se habeat per modum totius, per 1m quod excluduntur partes quæ componunt totum ut entia completa, 2o est quod sit ens finitum, et ita excluditur Deus a prædicamento, quia actus purus non gradus determinabilis per actum; 4o quod sit ens incomplexum, et ita excluduntur complexa accidentalia contrahentia, ut homo albus, ut rationale, nam hujus in prædicamento ponerentur semel, ope sui, iterum ratione sui defectus; 5o quod sit univocum nam æquivoca significant plures naturas, etiam excluduntur analoga, quia non habent unam rationem contrahibilem, sicut genus contrahitur per differentias, differentiæ autem et similes ponuntur ad latus, quando prædicantur omnino in quid, et ita non est ordo superioris et inferioris.

quæres 1o quod sint prædicamenta; Respondeo ut decem, ut communi philosophorum authoritate constat et ratione. quæres 2o an accidens petat inhærere actitudinaliter vel actualiter; = Respondeo inhærentiam actitudinalem, seu propensionem ad illam esse de essentia accidentis. ratio de jure fidei ex misterio eucharistiæ, ubi quantitas, et alia accidentia conservantur sine subjecto, quod si actu inhærere esset de essentia accidentis, prorsus non implicat eum conservari etiam miraculose sine sua essentia.

D. XII, de prædicamento substantiæ

Q. I, quæ sit formalis ratio constitutiva substantiæ prædicamentalis.

In primis nota substantia hic sumitur pro aseitate rei, sic dividitur in specialem personam, sed sumitur pro ente per se contra positivo accidenti inhærenti in alio, hoc est pro substantia creata completa quæ in se subsistit independenter ab alio, et est ratio substantandi alia,

Distinguitur autem subsistere et substentare, nam 1 est per se esse inde pendenter a quolibet alio, et est in ordine ad se, 2. est alteri substare tanquam fundamentum, et est in ordine ad alia, et sicut in sole prius est lucere quam illuminare, licet unum ab altero origi netur, ita in substantia prius est subsistere quam substentare.

Sit 1a conclusio definitio seu ratio constitutiva substantiae est esse per se, vel per se stare, quae definitio impropria est, cum substantia sit genus supremum quod proprie non constat genere et differentia, quae definitio intelligitur aptitudinaliter, cuius ratio est quia maxime prius est in ordine ad se quam in ordine ad alia, sed in substantia prius est esse per se, quam alia substentare, ergo dicta definitio optima est.

Tamen esse per se triplicitur sumitur, primo modo ut distinguitur 1o per accidens, 2o modo ut distinguitur 2o per aliud, et est idem quod ens a se, et hoc modo soli Deo convenit, 3o modo ut distinguitur ab esse in alio, quod est proprium accidentis, quia sicut propria ratio accidentis est inhaerentia aptitudinalis, ita propria ratio substantiae creatae, est perseitas aptitudinalis.

Sit 2a conclusio esse per se in substantia, non est negatio dependentiae ab alio, sed perfectio positiva essendi excludens dependentiam, ratio est quia esse per se nobilius quam esse in alio, sed esse in alio est positivus modus essendi accidentis, ergo esse per se est modus positivus essendi substantiae, quia sicut sola negatio bruti non constituit perfectionem hominis, ita negatio essendi in alio non constituit perfectionem substantiae.

Dices 2do substantia debet constitui per aliquid superadditum entis, non positivum, quia negativum minus perfectum est ens, aliquid positivum, neque aliquid ratione, quia hoc non posset constituere ens reale, neque esse

Positiuum reale, quia nihil addit supra substã, eo quod ens in qualibet entitate reali includatur, q substã per aliquid negatiuum constituitur. = Et confirmatur, nam esse per se conuenit accidenti separato in Eucharistia, quod ẽ per se sine subsistentia. 2º confirmatur, nam ex Philosopho 1ª substã sunt maxime substã, q substentare ẽ propria ratio illius.

R. n. mai, nam substã constituitur a modo positiuo, scilicet per se, hic modus non superaddit nouam entitatem, nam hic continetur in ipso ente, sed nouo modo explicatur, et ita in analogia entis abstractio non fit per exclusionem inferiorum, neque contractio per additionem, sed per rationem magis uel minus explicitam.

Ad 1 confirmationem, accidentia Eucharistiae esse per se ab extrinseco Dei conseruatione non tamen ab intrinseco naturae, quae propensionem gerent ad inhaerentiam. Ad 2 conf. dico, dicunt Phi intelligendum esse de graduatione inter 1 et 2 substã, quae non suscipiunt magis et minus in constitutione quo ad essentiam, sed maxime substentare solo denotatur, eius exercitium quo ad alia, et ita iam supponitur constituta.

Q. II. V. sit bona diuisio substantiae in primam et secundam.

Sit cẽ diuisum in hac diuisione ẽ substã 2 quam enti ame, diuiditur quae in duos modos, quorum unus ẽ substentare particulariter, et sic ẽ 1ª substã, alter modus ẽ substentare ulterius, et sic ẽ 2ª substã; primus modus ẽ realis, quem addit suppositum supra naturam, alter modus ẽ ac [illegible] dicitur, et ex communi, hic diuisio ẽ substã in acci dentia, et 2 quid analogi in analogata, ex parte

Ctp[ur] auth[ritat]e divi Thomae, qui ex[pres]se 9 de pot[entia] art 2° ad 6um dicit divisio substa[ntiae] in 1[am] et 2[am] non e generis in species, sed generis, 2 diversos modos, nam 1a substa[ntia] significat naturam generis absolutam et 2[a] se, 1a vero significat eandem, ut individualiter subsistentem.

Ctp[ur] r[ati]one, nam divisum in hac divisione per se pertinet ad primum subs[tantiae], sed hoc e ipsa essentia substa[ntiae], q[uod] divisum e substa[ntia] predicab[ilis], q[uod] ac divisio subst[antiae] in accidentia, p[robat]ur tam, nam quod addit 1[a] substa[ntia] e modus realis particulariter subsistendi, et quod addit 2[a] est modus uliter subsistendi, ut genus velut species, sed utrique modi sunt accidentaliter subst[antiae], q[uod] etc., et cum sit dependentia inter se, et 2[a] q[uod] a l[a] e qui d reale, 2a vero utroque, sequitur quod divisio sit analoga.

Dices 1° membra dividentia debent esse opposita, sed 1a et 2a substa[ntia] non opponuntur, sed una includitur in alia et predicatur de illa, q[uod]. Min[or] p[robat]ur nam homo e a[nima]l, quae sunt 2[ae] subst[antiae], vere praedicatur de Petro, qui e 1a substa[ntia], q[uo]d etc. = et confir[matur] nam divisum in hac div[isione] coincidit cum membro dividente, p[robat]ur nam divisum e substa[ntia] ut sic et communiter dicta, quae e tam, q[uod] secunda substa[ntia].

R[espondet]ur negando min[orem] nam hic e falsa p[ro]po[sitio] substa[ntia] 1a e substa[ntia] 2a etiam sunt opposita; ad prob[ationem] dico quod nullo aliter modo aliter denominatur 2a substa[ntia] de 1a praedicatur, nam talis non e ipsa natura subst[antiae] 2[ae], ut antecedit modos 1[ae] et 2[ae]. ad Confir[mationem] R[espondet]ur quod divisum e ipsa natura subst[antiae] 2[ae] secundum deraata, etiam nec e genus, nec species, unde licet sit negative commune, hoc n[on] sufficit ad ulitatem, etiam n[on] coincidit cum 2a substa[ntia] =

q. 3.ª V[trum] definitiones vtriusque substantiæ Rectæ sint

Sit defini[tio] Phy[losophi] substantiam, quæ neque in subiecto, neque de subiecto aliquo dicitur; quæ defin[itio] bona est, nam cum subst[antia] dicat pro materiali ipsam entitatem, et pro formali modum quemdam subsistendi particulariter, ideo hæc defin[itio] conuenit vtique modo subsistendi, ut quod vero ipsis conuenit, et facit hunc sensum, modus realis subsistendi est ratio quare subst[antia] prima que in subiecto est, per quod distinguitur ab accidenti, neque de subiecto dicitur, per quod distinguitur a subiectis: desu[m]ptiua subiectis tenet, 2.æ subst[antiæ] sunt genera et species in quibus insunt primæ, etiam semper ex 2.a ... quo constituitur substantia, in esse 2.o et ... est ratio quare 1.æ subst[antiæ] in eis continentur, vel alio modo definiuntur sic, 1.a substantia est singularis, 2.a est talis.

Dices contra def[initio]nem 1.æ subst[antiæ] nam defin[itio] quæ datur per negationem est vitiosa, hæc datur per duas negationes, q[uo]d etiam insuper substantia vtique neque in subiecto est, neque de aliquo subiecto dicitur, et tamen non est 1.a substantia, q[uo]d dicta defin[itio] conuenit aliis. = R[espondetu]r n[ego] maj[orem], nam tales negationes non negatiue, sed contrarie intelligendæ sunt, hoc est 1.a subst[antia] repugnat esse in subiecto, ut in def[initio]ne violenti, quæ est a principio extrinseco passo non conferente vim, ideo passo resistente intelligitur; = ad 2 dico, quod substantia vtique nec conuenit nec repugnat de subiecto dici, sed negatiue se habet, bene tamen primæ.

Dices 1° defin. 2. subst. nam de roe huius non est esse genus, l
speciem, sed esse illam, q. explicatur nam substantiam esse
genus uel speciem est esse talem uel talem 2 substa
q° esse genus uel speciem conuenit 2 subst. [illegible]
trahi ab omnibus. — Rur quod licet 2 substa est abstrac
ta ab aliis secundum n. conueniat esse genus uel spe
cies determinate, tamen conuenit illi esse illam
et quid superius ad primas substas, et hoc est n. genit
genus uel species, in his enim solum continetur
essentia alterius subst.

quaeres quae substa collocentur in
hoc praedicamento. Rur omnes substas completas,
corporeas, uel corruptibiles, compositas ex materia et
forma, uel ex pota et actu, et hac ponuntur corpora
celestia, quia sunt composita. Item ponuntur
Angeli, quia metaphisice componuntur ex ac
tu et pota, ex essentia et existentia: ex cluditur
autem Deus ab hoc praedicamento quia est actus pu
rus simplicissimus omnem potentialitatem excludens,
etiam Christus dominus continetur in hoc praedto
ut reliqua indiuidua naturae humanae, et ratione
nam Deus collocatur in hoc praedto roe essentiae
uel naturae, sed natura humana christi domini e
iusdem speciei cum nostra, q° ponitur in hoc
praedto, nec ualet si dicas Christus est Deus, q° Deus
ponitur in hoc praedicamento, nam datur
appellatio, et referetur illi conuenire roe diuinitatis,
quod conuenit Christo roe humanae naturae.

q° VI, quomodo intelligendae sunt proprie tates substae, et quota et quod sit

Sex sunt proprietates subst. 2 Philum, prima est quod
nec 1a nec 2a substa sit in subto. 2a quod 2a substa
uniuoce praedicatur de prima, 3a quod 1a substa
significat rem ceuntem, 2e uero significant qualeque

4ª quod subst. nihil sit contrarium, 5ª quod n̄ suscipiat magis et minus, 6ª quod eadem numero manens sit contrariorum susceptiua = = =

D. XIII. de prædicamento quantitatis. 3ª

q. 1ª V. quantitas realiter distinguatur à substa, et quæ sit eius ratio constitutiua

quo ad primam partem dubij sicte., quantitatem realiter distingui a substa, ratio ē quia nullum accidens reale potest esse idem realiter cum substa, sed quantitas ē accidens reale, q° distinguitur a substa realiter; maior p[illegible]; nam implicat quod eadem entitas realis sit, et nalio, q° [illegible]: Constat etiam ex misterio Eucharistiæ, in quo quantitas panis separatur a substa, sed separatio realis ē maximum signum realis distinc, g° substa et quantitas realiter distinguuntur.

quoad 2 partem dubij. nota [illegible]

[illegible] bene definisse quantitatem, sed 5° metaph. textu decimo octauo ubi ait, quantum ē id quod est diuisibile in ea quæ insunt, quorum utrumque unum aliquid natum ē esse, cuius sensus ē quantum ē diuisibile in partes integrales, quarum qualibet sit aliquid distinctum, ut aqua in partes diuisa; [illegible] supposita de se quantitate primam diuisione in quantitatem discretam, cuius partes n̄ copulantur aliquo termino communi, ut numerus, et in quantitatem continuam, cuius partes copulantur termino, ut lineas, superficies, corpus, [illegible] in [illegible] de [illegible] idem ē quod [illegible] utrumque partis, et quia [illegible] indiuisibiles, alias n̄ esset ultimum terminans, ideo nomine [illegible] eis significatur aliquid indiuisibile coeter terminans utramque partem,

ut in linea, punctum, in superficie linea, in corpore superficies, et in tempore instans. Prius sic nuncupatur; 2ª divisio est in quantitatem, quae habet situm et positionem partium in toto, ut linea, et superficies, et in eam quae non habent talem positionem, ut tempus, numerus, et oratio. Id est intelligi potest assignare quam positionem habeat, non vero in istis. Tertia divisio est in quantitatem virtutis quae est perfectior res quam est magis vel minus perfecta, aliae quantitas molis quae est extensio partium, de qua in praesenti.

3º nota quod mensura est id quo quantitas rei cognoscitur, sicut ulna est mensura panni. Divisibilitas autem nihil aliud quam potentia passiva ut in partes dividatur, et ita sunt divisiones, alia in partes physicas, alia in partes methaphisicas, alia in integrantes, seu extensiones, ut aptitudo lineae unius ulnae ut dividatur in tertias vel quartas partes, quae propria est quantitati.

4º nota quod extensio est illa latitudo seu moles, quam intelligimus in substantia corporea quanta, hoc est habere partes extra partes; quae extensio est duplex, alia in ordine ad locum, quo una pars ~~[illegible]~~ extra ~~[illegible]~~ locum alterius, ut manus est extra locum capitis, alia est extensio partium in ordine ad se, ita quod una pars est extra aliam, ita ut non sint permixtae, sed una pars alteri uniatur immediate etiam si partes eidem loco correspondeant, ut partes corporis Christi Domini in Eucharistia habent extensionem in ordine ad se, unde stat essentiam quantitatis non consistere in actuali extensione partium, nam Christus in Eucharistia est quantus non in ordine ad locum, solumque stat difficultas de extensione in ordine ad se, de divisibilitate, et ratione mensurae.

Sitq: cc essentia quantitatis, consistit in extentione partium in ordine ad se, ita dus. Th. 4º Caganty cap. 6º ubi ait: ponitio qus est de partium intoto in eius, nempe quanti tatis, ise includitur, et p.º: ise; nam illud de eis quan titatis, in quo resolvuntur oes eius proprietates, seu omnis quantitatis proprietates reducuntur ad parti um extentionis in ordine ad se, q.º in illa consistit quantitas; min. p.t, nam ideo quantitas est equalis uel inequalis, potest mensurari uel mensurare, quia est extensa, et ideo est diuisibilis in partes, quia illas habet, ita tamen etc., q.º oes pro prietates quantitatis reducuntur ad partium ex tentionem in ordine ad se, q.º in illa consistit ess.ª quantitatis;

Primo arg. d.u Th. dicit Th. opus 52 ubi modo ess.ª quantitatis in ratione mensurae consistere afirmat, quod propria ratio quantitatis in ratione eius, modo consistere in diuisibilitate; dicens quod equalitas consequitur quantitatem, quae consistit in quadam diuisibilitate.

R.º ad 1.m loqui dicunt Th. de mensura radicali: ad 2 definire quantitatem per propriam rationem, ex qua colligitur eius essentia.

2º arg. iuxta diuersos modos diuisib. litatis sunt diuersae quantitatis species, q.º quantitas consistit in diuisibilitate, p.ª ant.; nam alterius diuisibilis discreta quantitas, cuius partes nullo pro co. iunguntur, quantitatis continuae partes pro co., q.º intentum;

R.º d.º mai.; ita ut diuersus modus diuisibilitatis sit radix, specificans mai. (nam prius est extensa quam diuisibilis) ita ut sit signum nobis magis notum C.º mai. illa diuisibilitas, solum est ratio quantitatis, extentio vero in ordine ad se eius est informatio eius insolubilis adeo in genere causa formalis indiui., extentio vero partium in ordine

Q.ᵃ II. V. substantia corporea ablata quantitate habeat partes.

supposito Came Dificultas procedit* quod Deus conservaverit substantiam absque quantitate, non tamen est dubium de partibus essentialibus, phisicis aut methaphisicis, sed de partibus integralibus et extensione illarum in ordine ad se, non vero in ordine ad locum, et ita inquiritur, an substantia sic conservata habeat actualem extensionem partium.

Pro qua dificultate suppono in primis quod individuatio rerum corporearum sumitur a materia signata quantitate animata, ut a proprio substantiali et a quantitate ut a conditione, unde si quantitas signat materiam ad distinctionem individuorum, etiam ad distinctionem partium.

2º suppono quod extensio et ordo partium sine confusione requirit aliquod accidens, et non sufficit sola substantia, et ratio est nam extensio partium in toto fit per suas extremitates, ita ut una penetretur et imbibatur in alia, sic enim non uniuntur extensive una extra aliam, unde 2º provenit quod substantia manus non unitur brachio connexione substantiae, quia substantia non habet partes cum extremitatibus, quae habentur per indivisibilia, 2º ex vi quantitatis, quae est accidens.

Sit nostra conclusio substantia ablata quantitate non habet partes integrantes neque extensionem quantitativam, ita docet Thomistae cum Philosopho et suo principe divo Thoma 4º contra gentes cap. 65 ubi ait nam remota quantitate substantia est indivisibilis, ergo in via divi Thomae substantia sine quantitate non habet partes.

et probatur ratione nam ante quantitatem non est in substantia compositio partium integralium nec quantitativarum, ergo non est extensio et divisibilitas quantitativa, probatur antecedens nam talis compositio est accidentalis, ergo non est in substantia ante quantitatem

arg. p. nam talis comp. n fit simpliciter ex actu et
pot. cum una pars n constituat aliam, nec par
tes sunt diversi, sed eiusdem rat., q. talis comp. est
accidentalis, q. cum quantitas sit accidens nequ.
comp. accidentalis possibilis e cum substa ante
quantitatem.

2° p. primum ang., nam mata 1°
vel e simplex vel composita, si simplex, q. indivi
sibilis, si composita q. 1a aut 2a compositione n
prima, quia haec fit ex actu et pot., ut mata et forma
solum pura pot., neque 2a compositione, quae fit
ex subto et accidente, cum differat quantitas quae
e accidens q. ablata quantitate manet substa
indivisibilis.

Et confirmatur, nam si substa compo
neretur ex partibus sine quantitate daretur par
tium d° sed hoc e impossibile, q. i d. ex quo sequitur
min. p. d° unio ab alio, et per aliquem actum
nam 7° metaph. dicitur, actus e qui distinguit
sic in mata 1a quae e substa 2e nullus e actus, q.
neque d° partium: unde si dicatur substa capi
tis v.g. ante quantitatem non e substa manus,
dicit negari suppositum, nam ablata quanti
tate non e capitis neque manus, nam partes non
dicunt pro formali substam, sed de materiali, pro formali
vero dicunt talem vel tatem figuram, quae e ra
tio constitutiva partis.

2. 1° arg. substa e subiectum quantitatis
q. tota quant. recipitur in tota substa, et partes quant.
in partibus substae, sed subiectum antecedit formam, q. par
tes subae antecedunt quantitatem. 1a. pat.
nam subiectum et forma debent proportionari. min.
subsumpta ex se patet, q. substa ex se habet exten
tionem partium ante adventum quantitatis

Primo conf[irmatur]: nam res divisibilis non potest recipi in subiecto
indivisibili, sed quantitas recipitur in substantia, ergo substantia
ex se non est indivisibilis. maior probatur, nam Angelus quia
indivisibilis non recipit accidentia corporea, ergo etc.
2o conf[irmatur]: nam in illo priori in quo substantia concipit
quantitatem, vel substantia est divisibilis vel non: si primum, ergo habet
partes, si 2um ergo manet semper indivisibilis, probatur
consequentia, nam eadem est ratio concipiendi et conservandi.

Respondetur ad 1um arg[umentum], nego suppositum eius, nempe
quod sint partes substantiae ante quantitatem, nam substa-
ntiam esse totam, vel habere partes est effectus quantitatis,
ante quam non est pars nec totum. proportionata-
mente inter subiectum et formam quod sicut subiectum
habent potentiam passivam ut recipiant formam, ita
forma habeat etiam actuandi potentiam.

Ad 1. conf[irmationem] Respondetur distinguo maiorem, res di-
visibilis non potest recipi in subiecto indivisibili ne-
gative, concedo; et ideo accidentia corporea non reci-
piuntur in Angelo, quia indivisibilis negative,
privative nego; et cum substantia sit indivisibilis pri-
vative potest recipere quantitatem, quod di-
visibilis est, et est simile in albedine, quae recipi-
tur in subiecto privative non albo.

Ad 2 conf[irmationem] Respondetur quod substantia ante
quantitatem est indivisibilis privative, et eo mo-
do recipit illam, nam subiectum non recipit formam
quatenus habet illius denominationem, sed ut
habet passivam potentiam et privationem talis formae,
qua posita destruitur privatio, scilicet indivi-
sibilitas privativa substantiae.

Ad 2um arg[umentum]: supposito casu, quod
Sacerdos consecraret medietatem hostiae, sic forma-
tur ratio: substantia quae erat in medietate hostiae con-
secrata desinit esse et separatur a substantia, quae
manet in altera medietate hostiae non consecratae,
et tamen tota quantitas manet integra, et indi-
visa, ergo substantia ex se habet partes et dividitur, et
non ad divisionem quantitatis.

Primo Consq.: nam si Deus auferret quantitatem a substa. fluminis, ubi maneret divisibile, sine non 2, g.o primum, mins. pr. nam tota illa substa. confluerit in punctum, ut moveretur localiter in instanti, in quo non potest fieri motus, q.o moveretur in tempore, q.o quandiu durat tempus, durat partes sine quantitate; similiter qui guttam biberit, totum flumen deglutiret.

2.o Consq.: nam si unus ignis alium producat et uniantur inter se, et Deus auferat quantitatem, vel manendi duos partes, vel non, si manent habetur intentum, si non manent g.o idem sunt ignis producens, et productus: similiter si aligno trium palmorum Deus auferat quantitatem a duobus palmis extremis, nulla quantitate in medio. tunc duo extremitates sunt duarum partes ligni, et tamen ibi nihil quantitas, g.o substa. sine quantitate habet partes.

R.ur in tali casu discontinuari quantitate in illis duabus medietatibus hostiae, ad cujus divisionem dividuntur partes substae., vel R.ur quod permanent con- (?) timus dimensiones corporis, neque substa. medietatis ab alia dividitur, sed virtute consecrationis desinit esse et ita una medietas non distinguitur ab alia, ut pars illi coordinata, sed ut quoddam totum quod e corpus christi;

Ad 1 Consq. dico quod substa. non confluerit in punctum, quia caret illis et ita neque locus neque motus physicus erit in tali substa., sed solum in universo ut pars illius, et haberet existentiam sine loco sicut Rex extra mundum, velut Angelus non operans; similiter si auferatur quantitas a flumine n. haberet guttas; ~~[illegible]~~ et ita maneret privative indivisibile, nec posset de bibi cum non esset in loco.

Ad 2 Consq. R.ur ignem producentem et productum idem esse, dum non durat actio productiva ignis, qua cessante bene possunt quaeri, ut si filius Patrem comederit:

Ad ultimum etiam dico ipsam quantitatem dividi aliquo et extrema manere separata a toto, quia sunt partes nisi confusae, et sic toti unitae cum substantia intermedia.

Ad 3um etiam substantia cum quantitate habet partes substantiales, et substantialiter distinctas, quas habet illas a quantitate, quia certe quia nullum accidens potest tribuere effectum substantialem, sed distinctio earum partium est substantialis, quae non producitur a quantitate, quia sola substantia, quae ex se habet partes entitativas et substantiales.

Et confirmatur, nam unitas, distinctio partium sequitur ab esse, si quaelibet pars est substantialis est substantia a se, etiam a quantitate, quae non habet unitatem vel distinctionem a quantitate, sed a se.

Pro solutione signota, quod partes formaliter ut tales dicit quandam extensionem et integritatem accidentalem, et hoc modo pars ut pars est de linea accidentis. Similiter habere partes substantialiter distinctas, potest intelligi ita ut vel substantialiter se habeat de formali ex se substantia etiam ablata quantitate, ita ut substantia careat distinctione actuali et hoc est falsum, nam distinctio est de linea accidentis, quae distinctio non potest causari a substantia; vel ut substantialiter se habeat de materiali, ita ut faciat hunc sensum id quod habet partes substantialiter distinctas, est substantia media quantitate, hoc est verum. nam cum pars ut pars sit de linea accidentis quoniam tur accidens circa substantiam ut materiam dicitur illud, licet ita vel substantialiter, non erit modus substantiae, sed materia circa quam accidens operatur, quo supposito.

Quare ad argumentum, dico, concedo, non dicit substantia partes substantiales a quantitate ultimo eas causante, et ut a conditione non. sicut substantia non influit nec operatur nisi posita qualitate, ita sine quantitate manet confusio et inordinatio partium, et ideo non potest substantia habere extensionem illarum, sed totum manet radicaliter

divisibile media quantitate; habet itaque substa partes distinctas substantialiter et accidentaliter; si substantialis partium non est ireductibilis inactu sine accidente et ita medii venit a substantia ratio constituendi partem, a quantitate vero ratio ordinandi, et tollendi confusionem.

Dicunt 2º substantiam habere partes substantialiter distinctas ante quantitatem actualem et hoc ... quod substantia sit radix quantitatis, et dicit ordinem ad illam = Respondetur substantiam non habere partes substantialiter formaliter distinctas ante quantitatem, nam partes sunt defectu accidentium, sed solum habet partes radicaliter distinctas, idest capaces ... insuper vel ordo substantiae ad quantitatem est substantialis vel accidentalis; si substantialis, ... incongrue ponitur, nam si substantia exsistit non est sufficiens ad actualem ... partium, eodem modo insufficiens erit ordo substantialis; si ordo est accidentalis, ergo ad ... substantiales partium requiritur substantia et accidens vel per modum conditionis vel principii.

Ad confirmationem 2ª argumenti, unitas ... partium sequitur ad ens absolute sumptum in ... dependenter ab aliquo extrinseco ... nam sicut ens in statu individuationis dependet a collectione proprietatum, ita ... partium integralium dependet a quantitate, per quam tollitur confusio.

Ad 4. argumentum nam ... per nutritionem non solum acquirit novam quantitatem sed etiam novam partem substantiae ... quod ... successive producitur dicitur habere partes correspondentes motui, sed substantia corporea producitur successive per nutritionem, ergo substantia exsistit ... extensionem partium.

Respondetur quod tunc substantia producitur cum quantitate, a qua oritur distinctio partium = Sed 2ª nam per nutritionem sola substantia intelligitur produci primaria, quam per augmentationem producitur quantitas

Gº in subst.a ex.te ante quant.em, é quartum distinctio, 2
Ad arg. optime Responsiue, ad cuius replicam dico
quod per nutritionem sint eius actiones distincti
semper producitur subst.a cum quant.e, ad cuius po
sitionem dantur partes; et licet subst.a tum priori
tate nat. antecedat quantitatem, in hoc instanti
non potest intelligi subst.a potens recipere partiu
extentionem, ni tamen intelligitur habere par
tes actuales, nam si tunc auferret Deus quantita
tem a subst.a alimenti non posset actu fieri nutritio
nam sine quantitate subst.a non est pars integralis.
posteriori procedit difficultas in instanti nat. et non
sed in instanti temporis; an subst.a habeat partes.

2º arg. subst.a sine quantitate esset in
loco, et habet extentionem, p.t ans. nam si ab aqua exi
stente in vase quantitas auferatur vere illa manebit
subst.a, et bene erit in loco: subst.a sine quantitate —

R.ur n. ans. ad cuius prob. dico
valde in hoc decipi imaginationem et fantasiam
nam cum cognitio nostra a sensibus dependeat
non potest percipere ubi vel quomodo sit subst.a sine
quantitate etiam ad exemplum dico quod tunc
aqua nulli obesset, nec magis undum et quo abiorit;
erit enim ut pars in universo, et ubique plene numaera
reperietur, aqua indivisibile existente, in nullo
tamen determinato loco, sicut Rex extra mundum

quaeritur quomodo definiatur hoc
praedicamentum = R.ur quantitatem esse acci
dens tribuens partes subst.e unde tribuuntur qua
litati proprietates, 1º non habere contrarium, 2º
non suscipere magis et minus, 3º maxime propria
est, ut a quantitatem reddicantur aequalis et inaequalis

q. 3a an linea, superficies, et corpus,
sint species quantitatis continuae

Divisio quantitatis in continuam quae habet partes unitas, et discretam quae habet partes distinctas, est divisio generis in species, ut patet ex Philosopho dicente proprias vero quantitates sunt, aliae vero omnia per accidens sunt. Et inchoando ab speciebus quantitatis continuae linea est extensio vel uerius longitudinem continuata punctis, superficies est extensio uerius latitudinis continuata lineis; corpus est extensio uerius profunditatem continuata superficiebus; unde superficies supponit longitudinem, corpus vero longitudinem et latitudinem; punctum autem est indivisibile ex omni parte, et licet corpus admittatur ut vera species quantitatis, cum sit undique divisibile, et tamen difficultas circa duas alias species.

Sitque conclusio: linea, superficies et corpus sunt species quantitatis continuae; et probatur; nam omnes sunt essentialiter quantitates, et habent a se ipsis extensionem et divisibilitatem propriam et ab alia distinctam, ergo sunt verae species quantitatis continuae; probatur antecedens; nam cuiuslibet partes petunt diversa continuativa, nam partes lineae copulantur punctis, partes superficiei lineis, et partes corporis superficiebus, ergo ex se habent extensionem et divisibilitatem propriam.

Et confirmatur nam linea, superficies, et corpus habent distinctas proprietates, ergo et distinctas essentias; probatur antecedens; nam linea est brevis aut longa, superficies est lata vel stricta, corpus est altum vel profundum; ergo etc.

Dices contra; nam linea et superficies sunt quid incompletum, ergo non constituunt speciem in hoc praedicamento; probatur antecedens; nam essentialiter sunt partes componentes tertiam, nempe corpus, sed pars ut pars est quid incompletum, ergo linea, et superficies sunt quid incompletum

et conformatur, nam linea, et superficies 2 pro
priae extensiones includuntur in Corpore, quo
niam habent trinam dimensionem, nempe lon
gitudinem, latitudinem, et profunditatem sed
una species non includitur in alia; ergo linea et super
ficies non sunt species quantitatis Continuae

Respondetur negando maiorem, ad cuius probationem dico
quod licet linea, et superficies materialiter componant
Corpus, non in eo consistunt earum formalitates,
sed separatae a corpore habent veram et propriam
extensionem completam; nec est simile de puncto
quod caret partibus, et nullam habet quantitatem.
unde considerari potest linea, et superficies du
pliciter, 1º modo ut dicit longitudinem, et hoc
modo est species completa quantitatis, 2º modo ut dicit
latitudinem, et hoc modo est indivisibilis, et ordi
natur ad uniendas partes superficiei, et sic non est
species quantitatis, sed continuativa illius; quomo
do autem una species alteri opposita aliam
componat? dico quod non componit ut formaliter
opposita, sed materialiter, quia unitas unius pro
supponitur ad entitatem alterius, sicut unitas
componit numerum, et unus numerus alium
materialiter;

Ad confirmationem dico: Corpus essentiali
ter non habere trinam dimensionem, sed solam
profunditatem, materialiter vero longitudinem
et latitudinem, quod non tollit esse speciem quantitatis,
sicut in quantitate discreta, quaternarius numerus
includit ternarium non formaliter, sed materialiter,
et ideo ternarius est vera species numeri. =

hae autem species assignatae sunt
infimae, differentiae inter illas sumuntur ex diversis
figuris, quae sunt vera accidentia quantitatis, ergo omnium
harum specierum est subiectum accidentia =

Q. IV, V; Locus, tempus, et motus, sint species quantitatis continuæ

Prius quam difficultatem solvamus aliqua disse[...] præponam, in primis locus ut dicitur 4° Physicorum sic a Philosopho definitur, e ultima superficies corporis continentis immobilis primo, ut aqua continentis aquæ locus eius, nam ... ultimam superficiem concavam circumstantem aquam et ideo locus dicit relationem ad locatum, et ultimæ superficies, definitionis Cælum ... non est in loco; dum autem corpus non continetur locus dicitur vacuum, quod sic definitur vacuum e locus non repletus corpore; tempus autem e numerus motus ... prius et posterius, ubi numerus non sumitur pro specie quantitatis discretæ, sed pro mensura vel extensione, motus autem e actus entis in potentia prout in potentia, hoc actus successivus tamen, ubi aliquando in potentia, et aliquando in actu, quibus ... summulis ... de quantitate.

Sit 1a conclusio: locus non est per se species quantitatis continuæ, sed reducitur ad illam ... superficiem, quam includit. ratio e, nam locus ... superficiem includit relationem ad corpus locatum, quæ per accidens se habet ad rationem superficiei, neque habet extensionem præter extensionem superficiei, quæ non est distincta species, sed reducitur ad superficiem.

Sit 2a conclusio: tempus est species quantitatis valde imperfecta, ratio e, nam habet propriam extensionem, ... nam tempus habet proprias partes ut præteritum, et futurum et ... continuativa, ut instans præsens, habet etiam proprietates divers[as] ab aliis quantitatibus, nempe successive mensurare ... quantitas, ... imperfecta, quia ... totum non extat, sed ... aliquid ... successive ...

Sit 3ª c[on]clusio motus per se n[on] ē species quantitatis, ratio ē, nam motus ē transitus ab uno in aliud ... completur in tempore, ... ad aliquod praedicamentum, ... quantitatis ... praedicamentum, ... species quantitatis.

(Dices) extensio temporis dimanat a motu ... ab essentia, ... quantitatis species, ... tempus ... perfectior quam subiectum, ... motus excluditur ab specie quantitatis, quia ... incompletus, etiam tempus.

R[espondeo] ... perfectior quam subiectum quod adaequatum ... subiectum quod ... in qualitate quae recipitur in substantia ratione figurae, ita motus ... extensio temporis recipitur in re mobili ... tempus ē species quantitatis, ... motus, ... a quo completur in re ens, quod ... tempus.

q. V; quid sit vnitas praedicamentalis, et V; addat aliquid supra quantitatem Continuam

Explicatis speciebus quantitatis continuae, accedimus ad species discretas, numerorum nempe et orationum, quarum cognitio pendet ex notitia unitatis; unitas autem ē duplex, alia ē transcendentalis, quae ē passio entis, alia ē praedicamentalis, quae ē propria quantitatis. ex quibus unitatibus resultat duplex numerus, unus transcendentalis, ... agitur Angelorum ordines esse novem, alius praedicamentalis, de quo in praesenti.

Sit q̄ c̄ unitas prædicamentalis q̄ē se la q̄ntas conti- nua ac indiuisa, sed addit aliquid positiuum reale et incompletum, reductiue pertinens ad prædicamentum quatis, q̄ē cuius quas ē pars numeri prædicamentalis, communicans illi existentiam et indiuisibilitatem, et quorundam ratione. nam unitas transcendentalis n̄ addit aliquid superaens, q̄ē uero prædicamentalis, pro certo; nam q̄ntas continua n̄ potest esse una quatenus per se ipsam, q̄ per aliq superadditum; probatur nam in ligno continuo n̄ē numerus quatum, sed unitas, et si diuidatur n̄ unitas, sed numerus est. q̄ talis quatis sunt una per aliquid superadditum, quod per diuisionem producitur, et per unionem deperditur.

Dices 2.º si unitas prædalis ad- deret aliquid positiuum, uel est relatiuum, uel absolutum, sed neutrum est hoc, q̄ē n̄ est, a quo n̄ praedicatur, prius quatis est una, quam mentaliter intelligatur relatio, quam immo talis unitas esset ratio fundandi relationem; q̄ illud superadditum n̄ ē quid relatiuum, neque aliq absolutum, nam illud positiuum n̄ē alte- rius entis, q̄ esset uel q̄ntas continua, uel discreta n̄ discreta; nam unitas dicit indiuisionem, q̄ continua; q̄ unitas n̄ addit aliq positiuum, sed solam negationem;

Resp. illud positiuum esse quid absolutum incompletum, et indiuisionis reductiue pertinens ad genus quatis, ut numeri principium, sicut punctum in linea ē principium magnitudinis;

q.º sexta; V; oratio, et numerus prædalis sint species quantitatis discreta;

e Numerus prædicamentalis, aliud ē numerans, quiest ratio numerandi in mente, ut duo, tria; quibus omnem materiam numeramus, aliud ē numeratus et ē materia quæ numero numerante subiicitur =

Sit 9a cc. numerus praedicamentalis, qui componitur ex unitatibus quantitatis, est per se, et vera species quantitatis discretae, est per autem Divi Thomae, 5° meth. lec. 15, ubi ait, est unum per se unus numerus, in quantum ultima unitas dat numero speciem et unitatem, sicut in rebus compositis ex materia et forma per formam est aliquid unum, et unitatem et speciem sortitur.

Probatur conclusio, quia numerus est proprium obiectum arithmeticae, ergo non est ens per accidens, antecedens est certum, et consequentia probatur, nam de ente per accidens nequit esse scientia, tunc etiam quia ens per accidens non habet unam determinationem essentiam, quod neque habet passiones, quae de illo demonstrari possunt, ergo si numerus est ens per se, et etiam vera species quantitatis discretae.

Dices 1°: numerus non est ~~[illegible]~~ ens per se, sed per accidens, ergo non est species quantitatis; probatur antecedens, nam unitas opponitur multitudini, sed numerus est quaedam multitudo, ergo numerus non est ens per se.

Respondeo negando antecedens, ad cuius probationem dico quod unitas sit et ~~[illegible]~~ continuationis opponitur multitudini continuae, unitas ordinis et discretionis non continua, quae unitas invenitur in numero sub ratione unitatis ultimae terminantis ordinem plurium.

Sit 2a cc. oratio est species quantitatis discretae cum aliqua imperfectione; ratio est, nam oratio habet partes extra partes, nempe durationes, et modulas in prolatione syllabarum, quae quasi in suo ut mensuratur syllaba longa aut brevis, sicut numerus unitatibus; quod vero sit quantitas discreta patet, nam motiones vocis cum fiant distinctis percussionibus sunt discontinuae, ergo est quantitas discreta.

Quaeritur septima, an ultima unitas sit forma numeri

Sit cc. ultima unitas est forma numeri, quare dicitur numerus unus per se, non vero multitudo unitatum quae materialiter se habent, quae cum necessario possunt illa

Sex

Phi Auth., ubi ait: sex non sunt bis tria, sed semel sex;
ubi numerus non consistit in sola divisione continui,
sed unitatem requirit ex multitudine resultantem.

Confirmatur, nam quaelibet alia forma est una
realiter in omnibus unitatibus, vel tantum in una unitate;
si in omnibus, quaero divisa vel indivisa; si divisa, quaero unifica-
ta, et ita multitudo constituit unitatem per se; si in-
divisa, quomodo potest identificari cum tot unitatibus
separatis, quod illa forma est unitas resultans ex pluribus,
quae unitatibus non dat speciem ultra intrinsecam numeri,
quia est unitas ordinis, et mensurae, ad quam ordinan-
tur aliae unitates.

Ex quo infertur quamlibet unita-
tem praedicamentalem sufficere determinabilem et
determinativam unitatem sub diversis formalitatibus,
eo modo quo in matrimonio uterque consensus se
habet ut determinans et determinatum; ita unitates
praedicamentales cum sint eiusdem rationis nullae deter-
minatae actus aut potentia, et ita nulla determinate
constituit numerum, ut patet in numero quina-
rio sistendo in illo cuius unitatem actus est forma nu-
meri; si autem ulterius accenseamus, se habet ut potentia.

Quaeres quomodo ultima unitas
sit certa, cum in numero quinario v.g. quaelibet
unitas possit esse ultima; Respondetur dari in numero uni-
tatem ultimam quantum ad designationem forma-
lem idest quoad effectum claudendi unitates, quia
numerus quinarius non transit ultra quinque unita-
tes, quod totum datur a parte rei; non quantum ad
designationem materialem, nam etiam quod non
veniat determinate ab ista vel ab illa unitate, ac-
cidentaliter se habet ab intellectu numerante, ut patet
in puncto intermedio lineae quod est finis unius partis
et principium alterius, tamen quod respectu huius vel illius
partis sit finis vel principium, materialiter provenit ab intellectu,

2 Primo arg. nam compositio mat. et f. requirit unionem internam ita ut fa recipiatur in mata, sed neutrum reperitur in numero, q. unitas n. est fa illius, minor patet, nam unitas e fa extrinseca, et accidentalis, q. neque unitur neque in numero recipitur = R. d. unitas n. recipitur intrinsece in numero, c. ext. n., n. cum unitas fiat inter partes distinctas ut sit forma sufficit quod sit unitas ordinis

2 2° arg. nam determinata species petit fam determinatam, sed in numero ternario v.g. n. potest esse unitas determinate ultima, q. unitas n. est fa numeri = R. d. m. a. species composita ex mata et fa et partibus intrinsecis petit fam determinatam c. species composita ex fa ext. n. sufficit enim quod sit determinata in com. licet in ultima et in particulari sit indeterminata

D. XIIII, de prædicamento Relationis=

q.° prima, an dentur relationes reales et quid sint

Sit c., uere dantur relationes reales creatæ, ratione, nam apte unaquæque e alteri æqualis, et unum aliud alteri similis, sed isti sunt relationes unitas ad aliud, q. aptei dantur relationes reales =

et confirmatur, nam in diuinis dantur uere relationes reales, ut paternitas et filiatio, q. etiam in creatis, ans e de fide cons. pum nam in diu. Pater eternus dicit relationem ad filium quia per modum orij generat illum, sed idem contingit in creatis ut patet, q. in creatis dantur uere relationes reales

Ad 2 partem q. s. dico, quod relatiua sunt, quorum totum suum esse est ad aliud se habere, ut Pater non habet aliud esse nisi ut piecere

Filium, quare, ut terminum sui relationis praedicamentalis; relatio autem interna sua latitudine dividitur in praedicamentalem et transcendentalem; relatio 1.a est quae respicit terminum ut purum terminum, 2.a autem est ordo quem dicit habitus vel potentia ad suum obiectum a quo specificatur, et ideo praedicamentalis dicitur relatio secundum esse, transcendentalis vero secundum dici.

Differunt autem istae relationes quia praedicamentalis supponit aliquod fundamentum absolutum, quod non supponit 2.a; 2.o differunt nam relatio praedicamentalis per se non intenditur a natura, sed tantum mediante transcendentali; nam vera relatio per se non potest produci nisi ad productionem alterius, quia ad relationem non datur per se motus; quod non repugnat relationi transcendentali, quae est quid absolutum, et explicatur per ordinem ad causam et obiectum; 3.o differunt, nam praedicamentalis relatio petit terminum realem realiter existentem, et distinctum realiter a fundamento, quod non petit transcendentalis; 4.o differunt quia relatio praedicamentalis respicit terminum pure ut terminum, transcendentalis vero in ratione [illegible], causae, vel effectus.

Distinguitur autem in relatione praedicamentali duplex conceptus: id ut a quo, pro conceptu in quo petit relatio ingerere subiecto quia est accidens, per conceptum ad respicit terminum, qui conceptus constituit relationem praedicamentalem, ad quam requiruntur quinque conditiones, duae ex parte subiecti, nempe quod sit ens reale et etiam eius fundamentum, aliae duae ex parte termini, nempe quod sit realis et realiter existens, 5.a est quod ipsa relativa sint eiusdem ordinis.

Subdividitur autem relatio praedicamentalis in realem mutuam, et non mutuam; mutua est cui ex parte termini correspondet altera relatio realis, ut paternitas cui correspondet relatio realis filiationis; non mutua est cui ex parte termini non correspondet altera relatio realis, ut realis relatio [illegible], qua ~~[illegible]~~ creaturae referuntur ad Deum;

et Deus ad illas realiter non refertur. Item relatio mutua alia est aequiparantiae, alia disquiparantiae; 1a est cui correspondet in termino alia relatio eiusdem rationis, ut similitudo unius albi ad aliud, 2a est cui correspondet in termino relatio diversae rationis, ut paternitati filiatio et non alia paternitas correspondet.

Dicuntur relativa et dici dicuntur ad convertentiam, quoties relationes sunt mutuae, iterum cuilibet relationi correspondet in termino saltem relatio rationis, quoties sunt mutuae. Respondetur quod dicatur ad convertentiam non sufficit relationem quam unam respicit et aliud respicitur in quo consistit convertentia, ut autem relative sit mutua utrumque extremum respicit et respicitur per propriam sibi relationem, adde quod licet correspondeat relatio rationis, quae necessario, et quasi naturaliter se illa consequitur ad relationem, sed intellectus pro libito facit talem relationem.

Solet autem dubitari an sibi coincidant relationes et relativa, et realitas et esse; ad quod Respondetur negative, ratio est, nam et tamen in intentionibus rationis dantur relationes et esse, et tamen non sunt realia sed rationis, ut patet in 2is intentionibus, quarum esse est in ordine ad aliud: relationes vero relativa sunt absolutae, et dicuntur relationes, quia respiciunt causam vel obiectum: et ita optime coincidunt relatio et relativa et transcendentales, et relatio et esse et praedicamentales;

Collocantur in hoc praedicamento omnes et solae relationes reales creatae et esse, sicut in praedicamento quantitatis solum collocantur quae sunt verae quantitates, et ita excluduntur ab hoc praedicamento relationes reales divinae, quae propter identitatem cum essentia divina sunt ipsa divinitas, in hoc vero solum ponuntur accidentia: excluduntur etiam relationes rationis, quarum aliquae licet sint esse

Non tamen sunt p̄dicaly, q[ui]a enim relatio p̄dicaly in esse, n[on] u[er]o relatio rationis ut p[atet] ex dictis mentaly

q.ª II.ª que et quot sint diuisiones, et species Relationis p̄dicalis.

Nota q[uod] in relatione p̄dicali concurrere subiectum quod denominatur relatum, fundamentum ad quod sequitur ipsa relatio et terminus ad quem refertur, ut in relatione paternitatis, Petrus qui dicitur Pater, est subiectum, fundamentum est actio generatiua Petri et filius est terminus relationis, interdum habent subiectum, ratio fundandi, et fundamentum, sicut corpus, album, et albedo, nam sicut corpus est quid in quo recipitur albedo, et hic est fundamentum, et album compositum ex utroque, ita subiectum relationis est materia cui inheret relatio, ratio fundandi est accidens ratione cuius fundatur relatio, fundamentum autem significat compositum ex utroque, unde aliqui uocant subiectum illud fundamentum remotum, rationem fundandi, uero fundamentum proximum.

Diuisio autem relationis in species essentialis sumitur penes fundamenta relationum, que sunt tria iuxta Philosophum 5° metaph. primum est unitas, et numerus in quibus fundantur relationes similitudinis, et dissimilitudinis, conuenientie, et disconuenientie, 2um est actio et passio, atque causalitates illarum, tertium mensura et mensurabile, sicut res mensurantur a suis obiectis, a quibus specificantur.

Que sufficientia diuisionis nam relatio est ordo unius ad aliud, sed hoc fit tribus modis, quot sunt genera fundamentorum; unum per numerum nam unum quod potest ordinari ad aliam quia quoque unius dependet ab alio a qua potest mensurari et ita est primum genus nempe unitas et numerus, uel unum quod dependet ab altero in ratione actiuam uel passiuam

Ctitatis genus nempe actio et passio, vel unaquaeque de
pendet ab alia ut commensuratur perfectionibus; ita
in genere mensurae et mensurabilis; quod sufficienter
dicta diximus.
Circa tertium fundamentum, advertendum non solam
unitatem quantitativam, sed etiam transcendentalem, quae
invenitur in omnibus entibus ut habent modum qua
dam, esse fundamentum relationum, et ita subiecto fundo con
veniuntur relationes identitatis et diversitatis, con
venientiae et disconvenientiae, aequalitatis et inaequalitatis, ita
ut identitas, aequalitas, et similitudo fundentur in
unitate absolute sumpta; nam dictis relationibus at
tenditur id in quo extrema conveniunt; diversitas
autem, inaequalitas, dissimilitudo, etc. fundantur
in unitate ut est principium numeri, nam in his rela
tionibus attenditur id in quo extrema differunt.
Dubitabis an una relatio possit
fundari in alia. Resp. negative; ratio est, nam uni
us rationis realis non datur alia, sed relatio est ultimum
complementum quod requirendum, quod est ipsa terminetur immedia
te ad aliam relationem, quod sicut actionis non datur actio,
ita relationis non datur relatio, alias esset processus in
infinitum.
Dices 3°: cognationes substantialis et accidentia
quae differunt et conveniunt inter se fundant relationes
similitudinis et convenientiae, quod his relationes paternita
tis fundant similes rationes, quia conveniunt inter
se et differunt ab aliis. Resp. non eodem, nam ex fundamento
aut esse perfectius in se fundato; cum autem relationes
sint debilissimae entitatis et omnes sint aequales in modo
essendi, una non potest fundari in alia, cuius oppositum
patet in aliis substantialibus, quia sunt entia per se, non
ut in accidentalibus, quia unum accidens non habet
perfectiorem modum essendi quam aliud

Circa 2m fundamentum relationum Sit certum esse actionem et passionem vel motum subitum aut potentiam generativam, ita Suarez D. 47 s. 15, cap. 4o ubi ait: fundamentum paternitatis esse actionem nempe generationem qua quis genuit filium, et fundamentum filiationis esse passionem nempe passivam generationem.

Ratio autem a priori et explicatio huius 2i generis relationum, quamvis quoad fieri illarum dependeant ab actione fundandi, tamen in facto esse requirunt inhaerere suo fundamento, ad distinctionem relationum 1i et 3i generis, quarum fundamenta sunt res perfectae, nam includunt motum, et ita in facto esse permanentes constituunt fundamentum, relationes vero 2i generis afferunt motum, nam requirunt actionem nempe causae efficientis, cum autem in causalitate eius relatio dependeat a causa efficiente, cum solum depen-det a causa in fieri, non vero in facto esse conservari, ideo res fundandi relationes permanentes, quae actio et passio est 2m fundamentum relationum.

Dices: ablato fundamento aufertur relatio, sed actio generativa quae est fundamentum aus-fertur et desinit esse, quod desinit esse relatio patris ad filium. R. distinguo maiorem: ablato fundamento a quo depen-det relatio in fieri, esse, et conservari, aufertur re-latio, concedo; a quo relatio solum dependet in fieri, nego; et cum relatio patris ad filium solum dependeat in fieri ab actione generativa, licet transeat illa actio, tamen manet relatio;

Circa 3um fundamentum mensurae et mensurabilis noto, relationes huius generis ex parte mensurabilis ad mensuram esse reales, ita ut scien-tia scibile realiter dicunt ordinem referuntur, scientia ta-men non realiter se per rationem refertur ad scien-tiam ... ratio est quia mensurabile realiter dependentiam a sua mensura in genere causae exempla-ris, seu regulae, quae mensura ex perfectione alterius nulla

Q3.

V. Relatio distinguatur realiter a suo fundo

Circa primum dub. quod de relatione praedicali procedit, duae sunt extremae oppositae sententiae, 1a asserit relationem solarum rationatam distingui a fundo, ita Mairo, et Ponera, 2a sententia quae est Thomistarum affirmat realiter distingui, licet sit aliqualis diversitas, nam aliqui affirmant relationem mendam distingui tanquam rem a re, a subiecto quod est fundum remotum, a fundo vero proximo distingui tanquam realem modum.

Sit 1a concl. relatio praedicalis distinguitur realiter a suo fundo, sed antequam concl. probetur, nota relationem consistere in denominatione intrinseca fundi ad terminum, etiam nota eidem signum distinctionis realis unius ab altero separationem, non tamen adequatum, nam personae divinae realiter distinguuntur, et tamen separari possunt. 2 signum est mutatio realis sub iecti ab uno contradictorio extremo in aliud, et ita inter subiectum et extremum est realis distinctio

Pro quo modo concl. probatur ex eo quod omnes praedicamenti illa quae pertinent ad diversa praedicamenta distinguuntur realiter actualiter ante intellectum

sed relatio et fundum pertinent ad diversa praedicamenta, quae distinguuntur realiter, maior patet nam praedica dicunt supremum genus diversae essentiae per se et complexae quarum una non est alia, sed distinctio est negatio identitatis unius cum alio, minor prima probatur quod namque subiectum pertinet ad praedicamentum substantiae, relatio vero constituit praedicamentum, quod relatio et fundum pertinent ad diversa praedicamenta

2° p[ro]batur ex propriis relationis, nam signum [illegible] rea-
liter subordinata et mutatio subti, sed relatio re-
gardetur a suo fundo, et subiectum transit reali-
ter de non relato in relatum, q[ui]a relatio distin-
guitur realiter a suo fundo. M[ino]r p[ro]batur nam
nullum album v.g. altero coexistente in reali-
ter simile, quod album si dicimat esse efficit
nigrum tollitur relatio similitudinis, et consur-
git relatio dissimilitudinis subiectumque transit
realiter de simili in non simile, q[ui]a relatio se pa-
ratur realiter a suo fundo et subiectum transit
de non relato in relatum.

Dices quod realitas relationis
periit, sed realitas ejus, aut quod suspenditur de-
nominatio illius, nam licet maneat tota entitas
deficit aliquid ex quo ejus denominatione
dependet.

Sed contra nam illa realitas
quæ periit, vel est aliquid reale, vel non, si non, quod non periit
aliquid essentiale relationis quia nullum non
rei est de essentia entis realis, si aliquid reale, quod jam
advenit aut periit entitas relationis.

Tertium impugnatur, nam
implicat quod deficiat talis terminus sine pereat entitas
relationis. P[ro]batur, nam de ratione ipsius formæ communicans
suum effectum formalem, sed implicat quod entitas
alicuius formæ communicetur subiecto quin exhibeat
suum effectum formalem quod naturaliter loquendo;
et intentum, Minor probatur, nam ipsa communicatio
formæ est effectus formalis illius, sed primarius effectus rela-
tionis est referri subiectum ad terminum, quod manet in
fundo entitas relationis sine suo effectu referendi—

Sit 2.a cc; relatio distinguitur tanquam res a re a suo fundo proximo, sumitur cc. probatur nam relatio est entitas realis distincta a fundo, ergo distincta ut res a re, consequentia patet, nam distinctio sequitur entitatem, sed entitas est, ergo distinctio est realis =

Et confirmatur, nam relativum et absolutum contra dictorie opponuntur, ergo idem aptitudinaliter non potest esse fundum et relatio. insuper subiectum est in se ipso, relatio est accidens et in alio, sed implicat quod idem sit per se in alio, quia sunt modi realiter oppositi; ergo relatio ut res a re distinguitur a suo fundo;

1.o arg. auth. divi Thomae lec. 3.a ubi ait; *nihil advenit aliquid de novo per hoc quod incipit esse alteri equalis, per eius mutationem*, ergo ex mente divi Thomae potest advenire subiecto noda relatio absque mutatione fundi per solam mutationem termini, ergo non distinguitur relatio a suo fundamento;

Respondetur, sensum autoritatis esse ad relationem non dari per se motum, quia non producitur per actionem terminatam ad ipsum, producitur tamen ad productionem alterius et per resultantiam, quod autem adveniat relatio absque mutatione fundi intelligitur de mutatione absoluta.

2.o arg. relatio advenit absque mutatione subiecti, ergo non distinguitur realiter ab illo, probatur antecedens, nam si Romae existente albo, aliud album ponatur Hispali, Romae incipit esse similis sibi, et hoc absque productione entitatis in Roma, ergo absque reali mutatione minor probatur nam non datur causa realis entitatis, fundum enim nihil operatur nec qui(b)us, cum res distans non possit operari in subiecto hic existente.

Rur n. ans, et ad prob. n. min. ad cuius prob. dico ans n. datur causa productiva posse relationem cu n. datur causa a qua resultet per simplicem emanationem. Talis autem causa est fundum a quo n. a proprio relatio resultat, nam requirit positionem termini ut conditionem sine qua non.

3º arg. Similatio distinguitur realiter a fundo, potest Deus illam separare manente fundo et termino, sed hoc est falsum, ergo idem ex quo sequitur. Maior patet; nam fundum non est de essentia relationis etc. Min. probatur. Sicut fingatur auferri entitas similitudinis a duobus albis ipsis manentibus habentibus albedinem, ergo impossibile est quod non sint similia, ergo possibile est ut nisi per aliquid superadditum sunt similia.

Et confirmatur, nam sequitur dari infinitas relationes, probatur sequella, nam in quolibet continuo sunt infinitae partes proportionales quarum singulae habent relationem ad aliam, sed est inconveniens multiplicare entitates sine causa, ergo intentum.

Rur n. sequellam, n. enim omnia quae distinguuntur possunt separari, ut patet in divinis personis respectu suae essentiae, et in materia respectu suae quantitatis, quae finita et terminata respectu figurae, ita in relatione respectu sui fundi; hoc tamen per impossibile concesso, si a duobus albis auferatur relatio, n. formaliter, sed fundamentaliter manebunt similia.

Ad conf. Rur d. sequellam, dabuntur infinitae relationes in potentia, c.; in actu, n. In 1º enim dicitur thomas una relatio potest respicere plures terminos solo numero distinctos, et ita una pars continui potest respicere unica relatione plures partes inde signabiles, et infinitas sine actu in potentia

V; relatio finaliter terminetur ad aliquid absolutum uel relatiuum

Supposita cognitione relationis ex parte fundi, dubitamus de illa ex parte termini, utrum plene cognitio habeatur, pro quo nota, fundum et terminum aliis nominibus explicari relatiuum et corr., fundum dicitur relatiuum quia est ad terminum, terminus dicitur correlatiuum quia correspondet fundo alia relatione, hoc tamen cum determinatione quod fundum et terminus in suo finali conceptu non explicant relationem sicut relatiuum et correlatiuum explicant, et ita sensus difficultatis est an relatio paternitatis v.g. finaliter terminetur ad ubi terminum filii, quod est quid absolutum, uel ad relatiuum inesse termini relationis paternitatis.

Circa quod duae sunt extremae et media, prima docet omnem relationem terminari ad aliquid absolutum, ita Scotus, Bargius, et Suarez, 2.a opinio affirmat omnem relationem terminari ad aliquid relatiuum, sic concors schola thomistarum, media autem affirmat relationes mutuas habere pro termino aliquid relatiuum, non mutuas uero terminare ad aliquid absolutum.

Sit nostra conclusio, omnis relationes mutuas, siue mutuas terminantur finaliter ad aliquid relatiuum ex proprio auth. diui Thomae, 1.° contra gentes, capite 11 ubi ait, non potest aliquid intelligi ad alterum nisi e conuerso illud relatiue dicatur ad ipsum, et ita infertur quod absolutum in ratione non est correlatiuum, nec simul natura cum relatione, quod finalis terminus relationis non est quid absolutum, sed relatiuum

Quarta ratione; nam relatio dicitur opponi relatiue cum termino suo, sed modo opponitur relatiue cum absoluto termino, quo terminus sicut [illegible] quid absolutum, sed relatiuum, maior patet: termini, quia nam oppositi relatiue respiciunt unum ad aliud, ita ut unum terminat relationem alterius, sed termina relationem, et referri opponitur respectiue in absoluto termino, quia relatio opponitur relatiue cum absoluto termino;

Respondebis, concedendo duplicem oppositionem, aliam terminatiuam, et hanc esse respectu termini quo ad absolutum, aliam esse relatiuam exercitam in illo quo ad relatiuum, seu; secundo, namque omnibus talibus oppositio terminatiua, oppositiones enim species quatuor sunt, contradictoria, priuatiua, contraria et relatiua, sed haec oppositio terminatiua non est contradictoria aut priuatiua, quia eius extrema sunt positiua, nec est contraria, quia extrema non sunt sub eodem genere, nam terminus dicitur quid absolutum quod non est in eodem genere cum relatione, quo nulla est oppositio uel secundum relatiua, uel utraque ratio terminandi et referendi est inadaequata unicam oppositionis speciem constituens.

2.º impugnatur nam si daretur rationes relatiue inueniuntur intra limites Trinitatis, sed oppositio relatiua essentialiter petit munus terminandi, et referendi, quo ratio terminandi exercetur per relationem: minor patet, nam oppositio relatiua petit uersari inter duo, quorum utrumque referatur ad aliud, et simul sit terminus relationis sibi oppositae, quo petit munus terminandi et referendi

Probatur 2° conclusio, nam relativa sunt simul natura et cognitione,
sed relatio non est simul natura cum suo absoluto, ergo ab-
solutum non est terminus formalis relationis. Prima pars probatur, nam
prius intelligitur intrinsecus et fundamentum proxima ratio
fundandi relationem quam ipsa relatio, sequitur ut
in filio prius intelligitur generatio passiva quam
relatio ad patrem, ergo totum quod est absolutum in filio
praesupponitur ad relationem patris, ergo paterni-
tas non est simul natura cum absoluto filii, ergo filius
quoad absolutum non est terminus paternitatis: Item si pa-
ternitas terminatur ad absolutum filii, illo
cognito cognosceretur perfecte paternitas etiam
non cognita relatione filiationis, sed relativa sunt
simul cognitione, ergo non possunt una cognosci sine
alia, ergo relativum filii est terminus relationis pater-
nitatis.

Primo arg. nam posito fundamento et ter-
mino resultat relatio, sed ante relationem intelligitur
fundamentum in suo esse, et terminus in esse termini, sed quod praece-
dit relationem est absolutum, ergo terminus constitui-
tur in esse termini per aliquid absolutum, antecedens est com-
axioma, probatur secunda, nam quod praecedit habet rationem
causae est prius causato non solum materialiter sed etiam
formaliter, sed fundamentum et terminus formaliter sumpti sunt
causa relationis, ergo ante relationem intelligitur
formaliter fundamentum et terminus.

Et confirmatur: nam ambo per modum
specificativum relationis, ergo est prior relatione,
patet consequentia, nam specificativum habet rationem causae
respectu sui effectus, sed causa est prior suo effectu,
ergo terminus est prior relatione, ergo absolutum est terminus
formalis relationis.

R. dico ant., posito fundamento et termino formaliter sumptis in ratione oppositorum ant., materialiter sumptis, ut fundant oppositionem, statim resultat relatio consequentis; unus enim in ratione oppositi et correlativi ad fundamentum est prior, scilicet simul natura cum relatione, quia non dependet a fundamento ut a quo, sicut ad quem, quia relatio non habet esse ab illo, sed ad illum, contra praecedentis relationem materialiter in ratione ultimi, et fundantis oppositionem; etiam fundamentum prius intelligitur ad relationem, quia cum relatio sit accidens debet inhaerere subiecto.

Ad confirmationem R. dico ant., terminus formaliter sumptus in ratione correlativi pertinet ad specificativum relationis rationis ant.; ratio terminandi relationem consequentis, et huiusmodi specificativum habet rationem causae antecedentis relationem, formalis vero ratio terminandi non expecificatur ab ipso, sed ad ipsum qui modus specificationis non petit prioritatem causalitatis, sicut in aliis, quia est singularissimum in relatione quod sit respectus ad aliud.

2º arg. Si relationes terminarentur ad aliquod relativum, maxime mutuis, sed hoc est falsum, ergo. Minor probatur nam in relationibus mutuis ratio terminandi in una est ratio fundandi alteram relationem, sed ratio fundandi est absoluta non relativa, ergo ratio terminandi est quid absolutum et non relativum; maior probatur, nam relatio est mutua, quae in aliquo constituit aliquid tantum unius relationis constituit in esse fundamenti alterius, ergo ratio terminandi relationem est ratio fundandi alteram.

R. n. min. et mai. 2i silogismi, ad cuius prob. dico quod ut relatio sit mutua non sufficit utrumque extremum materialiter sumptum esse fundamentum alterius, neque terminum terminandi relationem fundare aliam, sed requiritur tamquam fundandi posse sibi correspondere, ut patet in actione et passione, quam correspondentiam non habent similitudo et paternitas, et ideo non sunt relationes mutuae.

3o arg. nam relatio non terminatur ad aliquod relativum quia mutua, vel non mutua, probatur nam etiam si in uno extremo non sit relatio, tamen extremum potest esse terminus relationis, ergo non quia mutua terminatur ad relativum, probatur antecedens, nam maternitas Virginis Mariae ex natura sua est relatio mutua, et tamen invenitur absque reali relatione filiationis ex parte Christi Domini, ergo etiam si in uno extremo non sit relationalis, datur terminus relationis, ergo relatio terminabitur ad absolutum terminum.

Et confirmatur nam album non terminat relationem similitudinis quia illam habet, sed quia album, ergo relatio terminatur ad albedinem quae est quid absolutum, non vero ad similitudinem quae est quid relativum.

R. ad arg. tam relationem mutuam quam non, terminari ad relativum, non quia mutuam, sed quia oppositum, cum hoc tamen discrimine quod relationis mutuae terminus est realis, non mutuae vero terminus est rationis; unde maternitas Virginis Mariae relatio mutua est, cuius terminus est realis relatio in Christo Domino, si produceret homo non ut Deus est concipiatur, si vero Christus Dominus quoad utramque concipiatur non est capax realis relationis etc. Supponimus divinum

Aliàs in deo accidens inhaereret, cùm terminat relationem per denominationem relativam, qua dicitur filius virginis à maternitate in virgine existente.

Ad confirm. R. dicendo album terminare relationem similitudinis fundaliter ut album, formaliter vero ut oppositum relative suo simili.

4.° arg. unum relativum definitur per suum terminum, ideò potest definiri per suum correlativum formaliter, quia hic non constituitur per relationem formaliter, minor probatur nam omnis definitio explicatur per notiores terminos cognitione, sed relativa sunt simul cognitione, quia relativum non potest definiri per suum terminum correlativum, quia relatio terminatur ad aliquod relativum.

R. nomine. ita ad probationem dico, quod requiritur unum relativum esse prius aut magis notum alio, sed aeque simul notum, videtur positivè negative notius alio, quatenus unum sine alio nequit cognosci, non tamen itaut unum habeat caussalitatem respectu alterius, neque itaut quodlibet definitionis sit terminus notius, sed sufficit omnia simul esse notiora definito.

5.° arg. relatio non mutua non terminatur ad aliquod relativum, quod esse falsum, probatur quia relatio creaturae ad deum est realis, sed in deo relationis non mutuis non est aliquod relativum reale, quia relatio non mutua non terminatur ad relativum, sed absolutum, probatur patet aliàs esset relatio mutua si correspondente ex parte termini aliquid reale.

R. terminari ad aliquod relativum tertij, nam licet non sit mutuum, est tamen relativum 3. generis, nec sine relatione [illegible] ab intrinseco relationis tertij ex parte termini resultans.

Sed 2.° illud esse tertij est imperfectum esse reale, sed ex [illegible] specificativum nominum formalium perfectionum ex [illegible] specificato, quae relatio non debet terminari [illegible] praesupposita relatione tertij;

Et confirmatur: nam relatione non mutua debet esse ad terminum, sed non potest intelligi relatio ad terminum sine eo realiter existente, ergo relationis non potest esse terminus specificativum relationis non mutuae.

Ad 2. ergo bene supponit [illegible] non esse inconveniens quod ens reale specificetur ab ente rationis, ut ab obiecto, ut patet in logica quae est habitus realis, et tamen ab ente rationis specificatur; quod licet inesse entis sit imperfectionis, tamen perfectionem importat inesse scibilis et obiecti.

Ad confirmationem R. [illegible] non potest intelligi relatio praedicamentalis sine termino existente vel considerato ab intrinseco [illegible] relatio transcendentalis non [illegible] igitur dum intellectus non considerat actu terminum relationis non mutuae ut relatum ad aliud extremum non consurgit relatio praedicamentalis, quia deficit terminus realis; dicitur scientia refertur ad scibile et creatura ad Deum relatione transcendentali ad terminum, non vero praedicamentali [illegible] quae dum intellectus efformet relationem tertij ex parte termini;

Ex dictis nota, quod licet tertij relatio non mutua non potest constitui per denominationem vel terminationem extrinsecam relationis ad ipsum, ratio est, nam ad extrinsecam terminationem praesupponitur

huj. frali relationi, ex eo enim quod relatio terminatur ad mutuum terminum talem resultat denominatio extrinseca, quae ex ea tali denominatione non constituitur sed praesupponitur frali huj. relationi, ut ex eo quod Ille contradicitur terminatur ad suum subiectum resultat in illo extrinseca denominatio, quae sola consideratio inter constituit terminum talem relationi in mutuo.

Q.o 5.a

Vnde sumatur vnitas, et distinctio specifica Relationis.

Sit nostra tractatio unitas et distinctio specifica relationis sumitur a fundamento in genere causae efficientis, et a termino ut a complente et ultimo terminante relationem utroque. Probatur, nam relatio essentialiter est ordo unius ad aliud, quae requiritur fundamentum, ut id a quo emanat relatio, et terminus ad quem tendit, quae ab utroque sumit speciem, quae ex fundamento et termino consurgit unica ratio specifica relationis, non tamen ita ut partialiter concurrat, quia hoc arguit specificationem in eodem genere causae, cum terminus nullam causalitatem efficiat.

Dices: relatio specificatur a suo termino formali, sed non potest specificari ab illo ut a correlativo, quia non terminatur ab illo, ergo. Minor probatur, nam res specificata dependet et causatur ab specificante, sed relatio non dependet, nec causatur a suo correlativo formaliter, sunt enim simul natura et cognitione, quae simultas negat dependentiam et causalitatem, ergo relatio non potest specificari a termino formali

Resp. min. et ad probandum dico; concedam specificationem utrique dependentia et causalitate nam terminus formalis specificat relationem quia terminando, et tanquam causaliter se habet ex parte fundamenti, a quo relatio accipit realitatem, et unitatem aliter depondit.

Argumenta quae probant a fundamento relationem specificari sunt refutorum nostra; II quo ad I partem, et quae probant a termino specificationi probant nostram III quo ad 2 partem, fundum enim specificat initiative et causaliter, terminus vero completive, et formaliter.

Circa unitatem numericam relationis dico illam desumi ex unitate, vel distinctione numerica subiecti cui ingerit, quia accidentia individuantur a subiecto, ita eadem relatione, unus pater respicit plures filios; quod patet ex Duo 3 q. 35 art. 2 ubi dit, et quia plures filii eius dem speciei non possunt simul esse in eo dem subiecto, nam impossibile quod sint plures paternitates in eo quod pater plurium filiorum generatione naturali, tamen sic duo accidentia solo numero distincta non possunt esse in eodem subiecto, sed relatio paternitatis est accidens, ergo duae relationes paternitatis non possunt esse in eodem subiecto.

Dices: Pater habens filium superveniente alio, denuo refertur ad ipsum, et moriatur, desinit respicere alterum manente paternitate, ergo dantur duae relationes; probatur: id quod realiter perit altero permanente realiter distinguitur ab illo, sed realiter perit relatio paternitatis ad unum filium, manente paternitate, ergo dantur duae relationes.

Rx dicta ans. superueniente alio quo refertur adquirere non mediam relationem realem nam per extentionem relationis ex parte termini materialis et ans. sicut acquisita scientia Creaturam scientiam qui habetur de materia de alio, ni sit per additionem noui habitus seu per intentionem ex extensione, quia mutatur et suscipit magis et minus. relatio vero quia consistit in indiuisibili, licet unitatiue sit simplex, terminatiue tamen est multiplex, et extenditur ad multiplicationem noui termini materialis, etiam paternitas non respicit hunc, illum, filium in particulari, sed communi ratione filii, per modum termini perfecte respectiua ad relationem, medie particularia autem absque postea adiunctis, et sic relationem extendi per additionem noui termini materialis.

Q. 6.

quae et quot sint proprietates relatiuorum

quinque proprietates relatiuorum assignauit Philosophus, 1 est habere contrarium quae non conuenit relationi 2ae, sed ratione fundamenti quod est qualitas, 2 ae suscipere magis et minus, 3 quod relatiua dicantur ad conuertentiam, 4 quod sint simul natura, 5 et cognitione.

Ad quas duas ultimas proprietates duae conditiones requiruntur, 1 est quod eorum relatiuorum non sit causa alterius, 2 est quod mutuo se inferant; nam si unum sit causa alterius non erunt simul natura, sed unum erit prius alio, ex enim causa antecedit suum effectum, quod hic est quod sint simul natura conuenientiam simul alio etiam mutuo se inferunt; sunt etiam simul cognitione

Nam qui unum cognoscit, necessario debet aliud cognoscere, quia a alterius est ad aliud, ut ad terminum, quia duo proprietatis intelliguntur formaliter de relativis ut relativis, ut alias sunt in exercitio inspiciendi.

Dices 2° correlativa 3i generis unum relativum est, sed relationes non sunt simul cum suo correlativo, cum dependeat a conditione intrinseca quod sint simul natura, non convenit relationi;

Respondeo, concedo maiorem, nego minorem, nam in relationibus non mutuis licet supponatur operatio intra illa, tamen unum relativum est simul natura cum alio, etiam ante operationem intrinsecam, tamen est proprietas fundaliter proxime, quia ante sunt formaliter oppositus. =

Disputatio XV.ª de predicamento qualitatis quaestio prima an definitio qualitatis Recta sit

Qualitas sumpta in tota sua latitudine, prout est nobis accidentibus propriis congruit, sicut significat speciale praedicamentum accidentis ab aliis distinctum, sic ab Aristotele definitur: qualitas est qua dicimur quales, quae definitio non est proprie et rigorosa, sed solum descriptio, quia traditur per effectus notiores, neque est definitio, quia genera suprema carent genere et differentia. Colligitur 2° ex divo Thoma alia definitio quae sic se habet: qualitas est accidens dispositivum et modificativum substantiae, disponit autem et ordinat habentes partes, in ordine ad locum, vel in ordine ad naturam et operationem.

Dices 2° definitionem Aristotelis esse invalidam definitionem, per se ipsam definitur, nam idem est qualitas et quale, quod non licet, respondeo ex parte definitio diversitatem esse in eo quod est quale, sed nomine quod est qualitas.

3° quia committitur circulus definiendo qualitatem per quale et c.° 4° quia definitum ingreditur in definitionem admittenda definitio qualitatis a D. Tho. tradita

R. n. tans. nam eadem res ut minus nota significatur in abstracto, definitur per se ipsam in concreto quod est nobis magis notum, itaque proprie non est definitio subiectum quoad nos satis explicatur per concretum; ad 2 dicans, definitio non moxi ... quo ad nos non 2 sec.; etiam concretum quale est nobis magis notum quam sua abstracta, ad 3 dico non committi circulum, quia non sunt definitiones, sed descriptiones, etiam abstractum et concretum se habent in diverso genere causae, illud significando formam, istud connotando subiectum, etitaque qualitas explicatur per effectum non ... qualificandi subiectum; ad 4, non poni definitum in definitione, quia qualitas in abstracto definitur per effectus, non per ipsam met qualitatem

q.° 2.ª

de prima specie qualitatis, nempe habitu et dispositione

Dividens Philosophus hoc praedicamentum quatuor paria specierum qualitatis constituit 1.m habitus et dispositio, 2.m potentia et impotentia, 3.m passio et passibilis qualitas, 4.m forma et figura, ad 1.m speciem deveniendo, habitus vel habere dicitur post praedicamentaliter, et est idem quod modus possessionis, et per inhaerentiam vel relationem, ut habere scientiam vel amicum. dicitur etiam habitus praedicamentaliter, et hoc dupliciter, uno modo ut significat ultimum praedicamentum, ut habere vestem, alio modo pro specie quadam qualitatis, qua quam aliquis bene vel male se habet, et in hoc sensu inquirimus quomodo se habet bene per sanitatem, male per aegritudinem, unde primum nomine quod est generale applicatur habitui

instituit

Dispositio similiter potest generari per sumptam, ut in ordo habendi partes et situ potest inveniri in qualitate, et situs 2°. modo pro eo quod est bene vel male disponi, et hoc modo inquirimus quomodo dispositiones differunt autem dispositio ab habitu, quod per habitum aliquid firmiter tenetur, et ideo sic definitur: habitus est qualitas difficile mobilis a subiecto; dispositio autem cum sit tendentia ad formam quam disponit, non tenetur firmiter, et ideo sic definitur: dispositio est qualitas facile mobilis a subiecto, exemplum primi est in scientia, exemplum secundi est in sanitate et virtute; nam in bonis nos tenemus habitus, et in malis dispositiones habent.

= quaeritur quomodo differant habitus et dispositio. R. differre essentialiter et specifice, ratione nam ideo sanitas et aegritudo sunt qualitates facile mobiles, quia ex natura sua habent causas facile transmutabiles, et ex eo scientiae et virtutes sunt difficile mobiles, quia per se habent causas difficiles ad suam corruptionem, sed ex diversitate causarum per se sumitur differentia essentialis in effectibus, ergo qualitates facile mobiles differunt essentialiter a difficile mobilibus, licet per accidens habitus facile admittatur, et dispositio difficiliter.

= quaeritur 2° quae qualitates contineantur sub his speciebus. R. sub habitu continentur omnes scientiae et virtutes, et quia habitus dividitur in acquisitum et infusum, sub infuso continentur fides, spes, et charitas, lumen gloriae, et dona sancti spiritus, et quia habitus acquisitus dividitur in intellectualem et moralem, sub 1° continentur intelligentia, sapientia, scientia, ars et prudentia cum suis divisionibus, sub 2° continentur omnes virtutes expectantes ad voluntatem, sub dispositione continentur sanitas et aegritudo, pulchritudo et deformitas, aliaeque virtutes naturales; gratia vero habitualis, et supernaturalis,

Peccatum mortale amittitur ex sua ratione natura difficile mobilitat subiectum, et ita reducitur ad habitum, licet iuxta Chrisostomum gratia sit sanitas mentis, ut videatur ad dispositionem reduci.

q 3a de naturali potentia, et impotentia 2a specie qualitatis

Secunda qualitatis species quae est naturalis potentia et impotentia sic definitur: est qualitas quae simpliciter primum operationis est principium, vel potentia activa, vel generativa, quae fortis dicitur potentia naturalis, eadem autem potentia quae imbecillis debilis intenditur dicitur naturalis impotentia, non per modum puri negationis, sed per modum potentiae debilis et remissae, ubi potentia non intelligitur remota sed proxima, magnam principium remotum operationis est, qualitatis quae pertinet ad praedicamentum qualitatis, bene tamen potentia proxima, ut virtus respectu animae et calor respectu ignis; modo potentia sit activa vel passiva qualitas, etiam dicitur quod potentia passiva sit qualitas, ut ratio potentia passiva in materia respectu formae. x invenis

Differunt autem essentialiter haec 2a species a 1a; potentia vero naturalis et impotentia accidentaliter differunt, ut perfectum et imperfectum intra eandem speciem; nam naturalis potentia dicit perfectiorem potentiam, quae pertinet ad perfectionem status accidentalis, impotentia vero dicit imbecillitatem et imperfectionem potentiae, ut in exemplo supraposito patet.

Dices 2o habitus datur ad operationem et ad facilitatem, ergo potentia et habitus naturalis non differunt specie. Respondeo concedendo, nam habitus solum respicit quod subiectum bene vel male se habeat in natura

licet ordinetur ad operationem, n'tamen absolute, sed sub finalitate dicta, pota uero naturaly absolute respicit operationem, abstrahendo ab hoc quod bene uel male se habeat, ut patet in intu, et pota uitiua

Dividitur pota in activam et passivam, pota activa in immanentem, que manet intra se ipsam ut e intus, et in transeuntem, que existit exteriorem materiam ut e pota uitiua et generativa ad has species subalternas potes reducitur character, nam character Baptismi pertinet ad potam passivam, quia n' ordinatur ad agere Confirmationis et ordinis, pertinet ad potam activam, quia ordinatur ad actiones hierarchicas, licet quia e signum indelebile reduci ad habitum aliqui affirment.

q 4a de passione, et passibile qualitate, 3a qualitatis specie

Passio sumitur multis modis, 1o pro proprietatibus dimanantibus ab essentia, 2o pro qualcumque receptione qua media passum recipit effectum agentis, et contra pon ditactioni, quarum quilibet constituit speciale predicamentorum, 3o modo pro receptione effectuum in subiecto, in qua interuenit propria alteratio, in quo sensu passio Christi domini dicitur maxima, et hoc modo e unum membrorum huius speciei, 4o modo sumitur pro qualitate 1a quam fit alteratio, et ita est passibiles qualitates, uel quia causat alterationem ut dulce et amarum in gustu, calidum et frigidum in tactu, que qualitates species recepit definiri, passio e qualitas sibi, ut moveat alterati, differunt autem passio et passibiles qualitates accidentaliter, tempore causas exstrinsecas durationis, et ita qualitas que durat parum

Dicitur patio, et quia multum durat passibilis qualitas, ut rubor, causatus in facie ex morbo vere cundiae; et ab extrinseco dicuntur passiones. Sitamen non multum durent sunt passibiles qualitates, sed parum vel multum durare, quod accidentale, ex in ordine ad eas, et ex his quod differunt accidentaliter. = q.° 5.a

de forma, et figura 4.a speciequalitatis.

Forma sumitur impropriè pro extrinsecali, qua datur sui, et pro convenienti dispositione quantitatis ~~convenienti distis~~ ~~[illegible]~~ juxta quam aliqui dicuntur formosi, juxta illud speciosus forma; figura sumitur dupliciter. 1.° pro aliquo signo, juxta illud omnia in figura contingebant illis; 2.° pro modo resultante ex terminatione quantitatis, qui potest esse in re naturali, ut figura manus talis, vel ex arte artificiali, ut ad eam manus dilatata habent diversam figuram, quae species sic procedens nihil sit figura est qualitas resultans ex terminatione partium quantitatis; solum quod accidentaliter differt forma, figura enim solum dicit terminationem quantitatis, forma vero addit quod sit cum debita proportione.

Circa species implexas est probabile per trahere ad 1.am speciem qualitatis, quia ex sua natura complent potentias operativas. Sicut concausae earum. Liberaliter aliqui afferment esse habitus, quia sunt difficile mobiles, species vero expressae sunt dispositiones, quae sunt facile mobiles; et ordinantur ad bene vel male esse potentias; ut in actibus virtutis et vitiis, scientiis, et erroris, constat, proprietates autem qualitatis sunt tres, 1.a habere contrarium. 2.a suscipere magis et minus, 3.a ut 2.m eam praedicantur similes vel dissimiles.

Dxvi, de sex ultimis prædicamentis. q.ª prima

V, hæc prædicamenta sint formæ absolutæ vel relativæ, vel denominationes extrinsecæ

Sit 1.º c. sex ultima prædicamenta non sunt quum denominationes ex.ᵉ, sed accidentia in x.ᵉ relicta in subiecto ex aliquo ex.; ratio est, nam d.º generis in x.ᵐᵉ vel ex.ᵐᵉ denominationem eius dum forma non potest causare diversa genera suprema, g.º sex ultima prædicamenta non possunt ex.ᵃ denominatione constitui; pa..., in eadem f.ᵃ quæ denominat in x.ᵉ subiectum in quo e. denominat ex.ᵉ ... quem respicit, g.º repugnat in talibus f.ᵃ esse duas ex.ᵉ ... diversas constituentes diversa prædicamenta.

Sit 2.º c. sex ultima prædicamenta constituunt in aliquo absoluto non vero relativo, ratio est, nam prædicamentum ubi facit esse in loco, q.ᵈᵒ facit esse in tempore, Situs disponit partes in loco, habitus resultat ex eo quod vestis sit in corpore, actio dicit esse ab agente, passio, in passo, quæ quæ dicunt esse in ex o.ᵉ subiecti, sed quod se habet ex parte subiecti e. quod absolutum g.º sex ultima prædicamenta constituunt aliquid absolutum.

Et confirmatur, nam si consisterent in aliquo relativo convenirent sub relatione, et consequenter solum essent quatuor genera suprema, g.º sunt vere entitates absolutæ.

1.º arg. n. sunt multiplicandæ entitates ex.ᵉ ubi ex.ᵉ ... sufficiunt, sed ex sola circumscriptione ex.ᵃ superficiei continentis, res e. in loco et ex illa ex.ᵃ mensura temporis, res e. in tempore, g.º in dictis ex.ᵃ constituunt hæc ultima prædicamenta.

R.ᵉ n.º min., namque in loco et in tempore non dicit puras denominationes ex.ᵃ a loco et tempore, sed particulares modos essendi rerum, qui modi vel acci

dentia dependent ambo ex 2°, ideoque de illis loquimur ac si essent dentis ex.

2° arg. sex ultima predicamenta in illo re° inxa dicunt in respectum ad aliqd ext.mum ut existens n denominatur tale ablato existentia, sicut ablato loco et uestu auferetur ubit habitus, q.° n sunt ti absoluti qui a dependent ab aliquo ex°, et confirmatur tri sunt entitates absolutae neganio habentes per actionem, qe de nouo fiunt, et ita ad actionem predicamentalem daretur alia actio.

R. ad 2.m arg. dicunt respectum transtem 5 arg, predicamentalem n arg, vel alio modo, dicut respectum ad aliqd ex.mum ut ad terminum relo trascendlis arg, ut ad terminum et forma qua originatur denominatio e arg qui respectus e transtis et tria; n uero predicalis et 2 esse, qui respicit terminum paretrum ad consq dico, n dari actionem ad omnes entitatem absolutam, qe actio, uel aliquis modus natus, ut subsistentia, unio partium, spationis proprius, et ita ad actionem n datur actio;

Q.ᵒ 2.ª quid sit actio et passio predicamentalis.

Supponendum e 1° ad Physicam effectus productionum, v.g. ad calefactionem inueniri subiectum operans, et potentiam operatiuam, nempe qualitatem, per quam constituitur ignis in actu 1° potens calefacere, inuenitur et effectus nempe calor productus in ligno, datur etiam motus, quo passiue, i de lignum transit de n cal. do in calidum, ulti mo que datur mutua relatio predicalis inter ignem et lignum, et in nullo ex dictis inuenitur causa actu agens.

Ratio q^o ignis e actus 2us quem respicit causam, aqua habitalie, et humidi quem tendit, effectus enim non e actio, actus illius, nec ratio causandi, nec motus, quia ratio causandi e effectus in fieri, et motus e post praedicamentum, nec relatio e actio, nam relatio fundatur in actione et effectu producto, et ita relatio supponit actionem, actio q^o e actus 2us pot. operativus: unde actio sic definitur, actio est accidens, a quo res constituitur actu producens; passio vero e accidens, a quo res constituitur actu recipiens; et ita specificatio actionis sumitur a pot^a operativa, passionis vero, a tro producto, ratio e, nam actio ut actio e actus pot. operativus, passio ut passio e receptio tri, q^o illa a pot^a, hec a tro specificatur.

2° supponendum est, quod licet actio egrediatur ab agente, et dicat coniunctionem, non denominatur agens ingredi actionis, sed effectus, itaquod si in aliquo ex^o, a quo denominatio agentis derivatur, actus 2us non denominat ingrediente actionis, et ita actio inde non egreditur a pot^a, sed solum egreditur effectus; et ita actio immanens, ut talis non e huius praedicamenti, nisi quatenus virtualiter importat productionem, quod non convenit Dei actioni immanenti ut e contemplatio nostra, visio quae beata, quae important actum 2^m formaliter informantis pot^m, non per modum originantis.

Circa passionem modico, ad hoc praedicamentum pertinere, illas solum quae ex natura sua supponunt actionem praedicamentalem;

Indenitatio huius oppositi, atque proprietates compe-
tuntur in esse. Similiter relationes sibi contra-
riarum non est huius loci, quia de his tractabitur,
ubi quam presupponit, non est proprium.

Dices actio inquantum
actio est quid incompletum, quod non constituit proprium
ens, ergo; nam actio ut distincta a passione non
inhaeret, sed inhaerentia complet accidens, ergo
actio ut actio est quid incompletum.

R. nego antecedens; nam actio inhae-
ret sub ratione licet ut actio est, non explicet inhaeren-
tiam, sicut relatio in concreto ad non explicetur,
licet unum includat.

q. 3a de praedicamentis ubi, et situs.

Praedicamentum ubi sic ex Aristotele definitur: ubi est
circumscriptio passiva corporis, a circumscriptio-
ne activa loci; cuius sensus est ubi est accidens
resultans in corpore ex circumscriptione loci, etiam
ubi non est locus, sed ipsa continentia passiva corporis
a loco, datur quod duplex ubi, aliud definitivum, quod
definit et determinat rem ut sit indeterminato
loco, ut alibi, quod ubi dividitur ulterius in de-
finitivum, (applicato nomine divisi membro divi-
dend. propter carentiam nominum) quod facit
rem esse in loco, ita ut tota respondeat toti loco, et
tota cuilibet parti loci, ut animalis, quod ubi
dicitur ab aliquibus corpori christi convenire,
alii negant, nam licet Christus dominus non sit
ubique, tamen in tota est sub his speciebus partibus
atque eius sub aliis, ideo hic vocatur ubi sacra-
mentale, ubi vero circumscriptivum ita facit
rem in toto, ut tota correspondeat toti loco, et partes partibus

Dubitabis an ultima sphera sit in motu: R. negative, nam ubi sequitur locum extrinsecum, a cuius circumscriptione resultat, quia sicut sine positione loci non resultat in fundo relatio, sine tamen illo posito, et sicut respondet esse quando nisi procedat mensura extrinseca temporis, ita neque ubi nisi sit circumscriptio extrinseca loci: sed ultima sphera non habet ultimam superficiem continentem, alias non esset ultima, ergo ultima sphera non est in loco;

= Unde genus supremum huius praedicamenti est ubi circumscriptivum; sed dices: nam alia accidentia ut quantitas, et albedo habent propria ubi, quibus sunt in loco, ergo dantur plura ubi corporalia praeter circumscriptivum; antecedens probatur: nam in sanctissimo Eucharistiae pereunte substantia panis, manet quantitas cum eodem ubi quod habebat, et tamen periit ubi substantiae, quod continentium, similiter, si Deus conservaret substantiam absque quantitate, tunc substantia esset in loco, non per ubi quantitatis, ergo per proprium ubi.

R. negando antecedens; nam sicut per unam quantitatem extenduntur substantia et accidentia; ad probationem dico, quod ablata substantia panis ex vi consecrationis, ubi illius, quatenus cum aliis accidentibus et sine substantia ubicat; unde Christus Dominus in Eucharistia solum est realiter praesens speciebus sacramentalibus, non tamen est proprie in loco, sed per accidens, per ubi circumscriptivum specierum, ad quarum motum Christus per accidens movetur; ad ultimam instantiam dico, substantia sine quantitate nullibi esse;

Praedicatum Situs sic definitur ex divo Thoma, Situs est positio, sive ordo partium in loco, ut sedere, et stare; nam sicut partes

Per quatum ordinantur in toto, ita per Situm ordinā
tur in locum, differt autem Situs ab ubi essen
tialiter, ut ut primo diuersa, tunc quia sunt di
uersa prędicamenta, tunc quia Situs potest
manere inuariatus variato ubi, ut patet in eo
qui sedens portatur sine variatione Sitiorum mu
tando diuersa loca, et etiam toto loco inuariato
potest 2do Situm variari sedendo, uel cubando,
ergo ubi et Situs essentialiter differunt.

q. 4 de prędicamentis quando et habitus

uera explicatio prędicamenti quando sic sumitur ex dis-
finitione, quando est accidens, quod oritur in tempore, nam
sicut ex mensura ext. loci, resultat ubi, per quod res
formaliter est in loco, ita ex mensura ext. temporis resul
tat in rebus quando, per quod sunt in tempore. Species
huius prędicamenti sunt hodie, heri, nudius 3us,
et superiori anno, ita ut hodie sit infima species
quia in tempore praesenti; reliquę sunt diuersę partes, et
ita sunt duę species subalternę, sub quarum prima
continentur enumeratę, sub 2a continentur cras,
sequenti anno, et omnia modi futura;

Prędicamentum habitus sic definitur, =
habitus est corporum, et eorum quę circa corpus sunt
adiacentia, et ita habitus est accidens resultans in
corpore ex adiacentia vestis, nec obstat quod
uestis sit substantia, nam eius aspectus est accidentalis, fa
citque denominationem accidentalem, ex his
sequitur alia atque alia quę habent propria indu
menta, ut angulus et cornua, licet non horum
non pertineant ad hoc prędicamentum, ut tamen
bene multis aliis armis et vestibus ornantur per
tinent ad habitus prędicamentum, ut sequitur ve
stitus, uel armatus, species autem huius prędi

Diuiditur in alteram qui resultat ex adiacentia armorum, et sic dicuntur loricati uel Galeati, et in eum qui resultat ex adiacentia uestium, qui in infinitum potest diuidi iuxta nostrum usum Hispanicum.

q. 5.a de quinque post prædicamentis, et 1.m de oppositis.

Oppositio quæ est incompossibilitas duorum inter se uel in eodem subiecto, quadruplex est, alia relatiua interduo similia ut album et album, alia contraria, ut calor et frigus, bonum, et malum, alia privatiua ut lux et tenebræ, alia omnium maxima contradictoria, ut homo et non homo; dicitque repugnantiam conueniendi simul alicui, quæ ut sit propria oppositio determinat sibi extremum, uel utrum sibi repugnet, oppositio enim est eadem quod contrarietas;

Sufficientia autem oppositionis probatur namque repugnantia est inter res ut rei, uel inter duo entia; si primum, uel est inter res ut res simpliciter sic contradictoria, uel inter res ut res in determinato subiecto, et sic est priuatiua; si oppositio est inter duo entia, quæ mutuo se expellunt est contraria uel inter duo entia quæ se mutuo respiciunt, et sic est relatiua; quæ sufficiens est distributio, quæ analoga est, tunc contradictoria oppositio omnium maxima quia excludit omne medium, tunc quia oppositio est quædam realis conuenientia rebus diuersorum prædicamentorum quibus non est aliquid reale, et uniuocum.

Sicut tamen in contradictoria et priuatiua oppositione unum extremum sit negatiuum differunt tamen essentialiter, nam oppositio priuatiua sicut tollat formam sicut contradictio, cum tamen priuatio non tollat capacitatem ad illam formam habendam, quod tamen aufert contradictio, ideo essentialiter differunt.

Pro 2° vis constituit oppositionem aliquas proprietates, 1a duo contraria non possunt simul esse in eodem subiecto, 2a contraria debent versari circa idem subiectum genere vel specie, quorum definitio sic colligitur ex philosopho, 10 metaph. capite 6°, contraria sunt quae sub eodem genere maxime distant, et ab eodem subiecto mutuo se expellunt, ut calor et frigus, distant sub eodem genere qualitatis, et ab eodem subiecto se expellunt

= de modis Prioris =

2m postpraedicamentum continet modos prioritatis; multis itaque modis potest aliquid dici prius alio; vel prioritate temporis, quando unum pro aliquo tempore est prius alio et hoc modo, Adamus fuit prior Abele, 2a prioritas est consequentiae quando nempe abstrahi dicitur non convertitur, ut animal, quam homo; 3a prioritas est ordinis vel causalitatis, ut principia sunt priora conclusione; 4a prioritas est dignitatis, et hoc modo nobiliores qui vulgo vocantur priores; 5a prioritas naturae, ut contingit, quando unum est causa alterius, licet inter se convertantur, ut dicitur prior suis partibus, 6a prioritas separationis, qua unum prius alio concipimus, quae contingit in divinis; ubi etiam ponitur prioritas originis, quae magis dicitur ordo inter divinas personas, = quae prioritas non est in quo, non enim est in una persona in quo sit una ante alia, sed dicitur prioritas a quo, vel originis quia una persona originatur ab alia

= de modis simul =

3m postpraedicamentum est simultas unius cum alio, quae fit tribus modis, 1a simultas temporis, quae invenitur inter duo quae sunt vel fiunt in eodem tempore, ut [illegible] [illegible], 2a est simultas naturae, ut quando unum cum alio convertitur, neutrum tamen est causa alterius, et hoc modo sunt simul relativa; 3a est simultas dividentium eiusdem generis, ut volatile, et aquatile, respectu [illegible].

= de motu =

4m postpraedicamentum est motus cuius naturam explicare pertinet ad philosophum 3° physicorum; hic tamen est triplex

species motus enumerat, nempe generationem, et corruptionem, alterationem, et augmentationem, diminutionem, et motum localem, quæ omnia ad suum locum remittimus.

= De modis habere =

Secundum post prædicamentum est habere, quod fit multis modis, primo quando una res habet aliam, sicut subiectum formam, et lubitum habet qualitatem; 2° modo sicut continens habet contentum, ut amphora habet vinum, 3° modo quoties habet aliam per violentiam ne dimoveatur, ut vincula habent hominem, et trabes columbam, 4° modo est habere per relationem, sicut homo habet amicum; et hæc dicta sufficiant de post prædicamentis pro isto 1° libro logicæ.

Liber 2us Logicæ qui dicitur per Hiermenias de 2is intentionibus secundam intellectus operationem dirigentibus

Omnia quæ in hoc libro 2° quo ad omnia sua capita disputat philosophus acta sunt a nobis 2° libro summulisticarum institutionum, ideoque ab eis supersedendum ... iudicabit.

Liber 3us Logicæ qui est 1us posteriorum, et ultima pars logicæ 3am operationem intellectus dirigentis.

Disp. XVII de demonstratione, et prærequisitis ad eam

Q. prima V; omnis cognitio intellectiva fiat ex præexistenti cognitione

Ut errores veterum philosophorum scientias negantium vel asserentium scientiam esse quandam reminiscentiam, ut voluit Plato, redarguerit Aristoteles, hoc theorematis initium dedit 1° libro posteriorum

omnis doctrina et omnis disciplina intellectiva fit ex praeexistenti
cognitione, cuius textus intelligentia diversimode traditur ab
authoribus; quibus stultum intellectum sumatur de tota nostra
cognitione procedit, omnis enim cognitio discursiva fit ex iu-
dicativa composita vel divisa, et haec fit ex simplici, sim-
plex autem cognitio fit ex praesupposita cognitione sensiti-
va, quae non est alia prior, quia tota nostra cognitio dependet
a sensu, iuxta illud textus, nihil in intellectu, quin prius
fuerit in sensu, ubi satis liquet dictam propositionem excludendam
esse Dei et Angelorum cognitionem

Si tamen de tali propositione ad mentem Philo-
quamur verificatur praecipue de illa cognitione et doctrina habita
per discursum probabilem vel scientificum; facitque
hunc sensum, omnis cognitio probans aliquid ostensum de suo
subiecto, quae vocatur doctrina prout est in mente magistri, omnisque
disciplina vel cognitio probativa, prout in discipulo,
disciplina, fit ex praesupposita cognitione per quam
probatur, ut patet in mathematicis, qui evidenter demonstrant
aliquid ex principiis lumine naturali notis, quia sicut generatio
fit ex virtute seminali, ita scientia fit ex aliqua cogni-
tione, quae est velut semen scientiae

Secundo si omnis doctrina fieret ex praeexi-
stenti cognitione daretur processus in infinitum, probatur sequella
quia illa cognitio praeexistens etiam esset doctrina et fieret
ex alia, et illa ex alia, et sic in infinitum, quod est inconveniens.
Respondetur quod cognitio discursiva, quae probat passionem de subiecto fit
ex alia discursiva, vel ex iudicativa principiorum vel
alio modo non datur processus quia discursus fit ex iudicio,
iudicium ex apprehensione, apprehensio ex praesupposita cog-
nitione sensus, quae prima est, et non habet superiorem

Cum autem omnis cognitio probativa certis fiat
ex alia, nota quod ad omnem syllogismum demonstrativum praecedunt
tria praecognita, et tres praecognitiones. Nam ante omnem praecog-
noscenda sunt subiectum, passio, et medium, ratio est quia omnis
demonstratio ostendit passionem de aliquo subiecto, et hoc per
ex aliquo medio, quod subiectum, passio, et medium debent praecog-
nosci, ut patet in hoc syllogismo, omne rationale est risibile, omnis homo
est rationalis, ergo omnis homo est risibilis.

Requiruntur etiam duae praecognitiones, nam de subiecto debet praecognosci ante scientiam an sit, et quid sit, ratio est, nam de subiecto ostenditur in scientia quid sit, et an sit, quare ante scientiam debet dari praecognitio huius; similiter de passione debet praecognosci an sit uerum, uel falsum, nam ex ueritate praemissarum ueritas scientiae dependet, quidditas uero passionis cognoscitur in scientia, quare ante scientiam non debet dari praecognitio passionis, nisi quo ad significationem nominis.

Quaeritur 2°; an praemissae concurrant effectiue ad scientiam

Primo nota, quod praemissarum aliae sunt formales nempe actus intellectus cognoscentis primas ueritates; aliae sunt obiectiuae, nempe ueritates ipsae, per praemissas formales, et de utrisque procedit difficultas. 2° nota, duplicitur aliquid cognoscitur, 1° modo in seipso, quia per se et directe terminat cognitionem, ut Petrus cognitus in seipso, 2° modo quando terminat cognitionem in alio, in quo cognoscitur, et sic uidebimus Petrum in sua imagine, et effectum in sua causa; quando praemissae 1° modo cognoscuntur, hoc fit actibus distinctis, ad cognitionem uero 2° modo sufficit unus actus, et hoc modo cognoscitur scientia contenta in praemissis; procedit ergo difficultas de praemissis 1° modo cognitis.

Sit 1a conclusio praemissae obiectiuae influunt in scientiam formaliter ex causalitate obiectiua, ratio est, nam praemissae obiectiuae terminant actus intellectus, qui sunt praemissae formales, et in influxu obiectiuo in actum conclusionis formalis et conclusionis; ergo praemissae obiectiuae influunt in scientiam formaliter ex ...

Sit 2a conclusio; actus praemissarum concurrit effectiue in actum conclusionis; sicut etiam scientiae; nam illud concurrit efficienter ad aliquem effectum, quod se habet ex parte principii actiui, ut determinans et constituens illud in actu 1° ad productionem effectus, sed praemissae formales determinant intellectum ad productionem scientiae, ergo praemissae formales sunt causa efficiens scientiae; maior patet; in specie intelligibili determinante et constituente potentiam intellectuam

in actu 2º ut cognoscat obiectum repraesentatum in specie
mentis, quorundam praemissis formalibus sibi habent ex parte intellectus,
a quibus determinatur ut eliciat assensum, quia
intellectus ex se necessario determinatur ad assensum conclusionis,
quod praemissis formalibus sibi habent ex parte intellectus determi-
nant quod illum ad assensum huius et illius conclusionis =

Arg. primo, nullus actus potest tribuere
alteri virtutem productivam alterius actus, sed praemissis
formalibus sunt actus intellectus, ergo non possunt virtutem efficientiae
conclusionis dare intellectui, quo tota virtus effectiva optime salvatur
in potentia determinata per speciem.

R. quod actus non dat virtutem potentiae et
tamen determinat virtutem ipsius ut eliciat hunc
actum et non illum, quod pulchre contingit quando unus
actus virtute continet alium.

Arg. 2º nam causa efficiens ut in-
fluat debet simul existere cum suo effectu, sed assen-
sus formalis praemissarum nequit esse simul cum assen-
su conclusionis, ergo assensus praemissarum non est causa assensus conclusionis.
Maior supponitur, minor probatur nam duo actus intellectus non
possunt esse simul ex divo Thoma, 1ª parte quaestione 85 articulo
4º ubi ait, non possunt intellectus plura simul intelligere,
et plura simul intelliguntur, si simul essent plures
actus: alio modo minor probatur nam praemissis continent
assensum maioris et minoris, ex quo resultat assen-
sus conclusionis, sed maior cognoscitur prius tempore quam
conclusio et minor simul tempore cum illa, ergo assensus
ad quatuor praemissarum non simul cum assensu conclusionis.

R. concessa maiori, negatur minorem. et ad probationem de-
antecedens: duo actus intellectus nullum habentes ordinem inter
se, non possunt esse simul concedo, si habeant ordinem inter
se, nego antecedens, sic enim cognoscuntur per modum unius
qui ordo invenitur in assensu praemissarum et
conclusionis, et ita possunt pluribus actibus subordinatis cogno-
sci, et in eius sensu opposito loquitur fuit divus Thomas.

Ad 2m prob. R. d. min., sed malè, nā alter mināto permi
nonem cognoscitur prius tempore quam Deus, et permi
nonem determinata nō; ita ad quatus assensus pmi
sarum simul cum assensu Dei.

Q. 3a. V; ascensus premisarum nesesitet intus ad asentiendum conclutioni

Pro decisione qōnis notā aliquam potētiam duplici necē
sitari posse, quo ad specificationem, et exercitium
tunc necessitatur potētia quo ad specificationem qn̄ to
taliter determinatur ad unam partem, et licet posit
suspendere actum, tamen si uelit operari, actus de
bet esse illius specīēi ad quam determinatur et nō
alterius, ut qto uoluntas necessitatur in media ad amā
dum beatitudinem in cōi, nam licet possit suspendere
uel cesare ab actu, si tamen operitur actu seritamoris
et nō odii; tunc necessitatur potentia quoad exercitium qn̄ to
taliter determinatur ad unam partem, ita ut non posit sus
pendere aut cesare ab actu illius speciei, ad quam
prius determinata est, et utroque modo necessitatur
uoluntas in patria a summa ~~bonitate~~ nitate Dei
clare uisi, quam undequaque diligibilem conspicit intus.

Sit 1a. co., cognita bonitate illationis, intus per
assensus premisarum necessitatur quo ad specificationem
assentiendi Dei, ratio est, nam assensus premisarum est causa
naturalis assensus Dei, sed causa naturalis necesario operā
tur, qn̄ positis omnibus requisitis necesario elicit intus assen
sum ad Deum; ergo manet quo ad specificationem necessi
tatus.

Sit 2a. co., etiam quo ad exercitium necessitatur intus ad assentiendum Dei, ratio est, nam ex assensu
premisarum sequitur necesario assensus Dei, ergo po
sito assensu premisarum nō est in potestate intellec
tus suspendere assensum Dei, cons. patet etiam sic
nam qui imperat aliquam actionem, nō potest impedi
re id qd necesario sequitur ad illam, sed ex assensu

Praemissarum imperato a voluntate, necessario sequitur assensus conclusionis, quod intendimus. Tum quia intellectus est potentia naturalis, sicut visus, sed licet voluntas impediat visionem auferendo obiectum, si tamen obiectum sit praesens, et medium illuminatum, non potest impedire visionem; ergo licet voluntas possit impedire ne intellectus cogitet de praemissis, ista tamen praemissis cum evidentia visis, non potest impedire assensum conclusionis.

Dices secundo; nam intellectus subditur voluntati quoad exercitium actus, sed circa bonum particulare non necessitatur voluntas, ergo potest velle et nolle illud, quoad exercitium; ergo licet intellectus assentiat praemissis, ex imperio voluntatis potest impediri assensus conclusionis.

Ex supposita doctrina resultat absolute et ex suppositione. Licet quod voluntas respectu boni particularis non habeat necessitatem absolutam, bene tamen ex suppositione; ita licet voluntas possit imperare ne cogitet intellectus de praemissis, posito tamen assensu praemissarum, intellectus necessitatur ex suppositione ad assensum conclusionis.

Disputatio XVIII de essentia et divisionibus demonstrationis

Q. 1, an definitiones demonstrationis traditae a Philosopho rectae sint

Duas demonstrationis definitiones proponit Philosophus in textu, prima est in ordine ad causam finalem, et sic se habet: demonstratio est syllogismus efficiens scientiam generans; secunda autem est in ordine ad causam cognoscere, ita ut scire sit cognitio causae materialiter, sed formaliter in se causae, qua posita effectus ponatur, et ita sensus definitionis est, quod scientia est finis demonstrationis, et demonstratio est medium ordinatum ad scire.

Secunda diffo traditur per causam materialem hoc modo, dem[onstrati]o est syllogismus procedens ex veris, primis, et immediatis, notioribus, et prioribus, causisque concl[usio]nis: quod vero utraque diffo recta sit, probatur, nam diffo quae traditur per propriam causam definiti, sicut ab ea cause, est bona ut de se patet, sicut ait Phil[osoph]us, de differentiis essentialibus, sed ita diffs sunt huiusmodi, quae dubium, tamen probatur nam demonstratio est quoddam instrumentum intellectuale, cuius finis est scientia, et sic 1a diffo est per causam finalem ex 2a vero ex hic demonstratio constat tanquam ex materia quae est causa intrinseca ex propositionibus veris, etc., quod intentum.

Explicatur particula 2ae diffonis, dicitur ex veris, nam licet ex vera aliquando sequatur ex antecedente falso ut Petrus est lapis, ergo est animal. tamen antecedens falsum non influit illam veritatem in conseq[uen]s, quia causa non potest propria virtute producere effectum perfectiorem ipsa, quod requiritur ad demonstrationem, in qua premissae influunt veritatem in conseq[uen]s, ideoque dicitur ex veris, quod non dicitur, cuius sensus est quod non est sicut enunciatur, nequit sciri, non vero intelligitur de rebus existentibus, nam vacuum non existit, et tamen datur scientia de illo.

2a conditio est ex primis, et immediatis, quae particulae in re non differunt nam 1a non habet aliam priorem, immediata vero propositio dicitur talis quia caret medio, quo possit probari, et ita propositio immediata idem valet ac prior. Seneca. propositio vero per se nota, ut dicitur ad divo Thoma, in notam quoad se et non quoad nos, et in notam quoad se et quoad nos; 1a nullum habet medium per quod probetur ut Deus est, in qua propositione licet praedicatum sit de essentia subiecti, non tamen est nobis notum, ideo nescimus quid sit deus, per se; in ratione propositionis nota quoad se, et quoad nos, et praedicatum nobis innotescit, et dicit connexionem cum subiecto, ut totum est maius sua parte.

Dicitur causisque concl[usio]nis quae conditio convenit demonstrationi in ordine ad conseq[uen]s, ut se ad veram demonstrationem non requiritur quod in primis causa afferatur

influens in effectum, ita ab illo realiter distincta, sed ut sit distinctionem fratem a priori, vel causam virtualem; ita contingit in demonstrationibus, in quibus probantur passiones de ente, quae non realiter distinguuntur ab illo, et similiter in theologia ex uno attributo demonstratur per aliud tanquam per rationem a priori, ut aeternitas per immutabilitatem.

Dicitur ex notioribus et prioribus, quae particulae constant ex explicatione praecedenti, nam causa est notior suo effectu, et saltem prior illo, non solum in esse, sed etiam in cognosci, causa enim semper est prior suo effectu.

Inter principia ex quibus componitur demonstratio, aliquae conditiones requiruntur: 1a quod praedicatum sit de omni, 2a quod sit per se, 3a quod sit universaliter; adverte tamen non esse idem universale et de omni; nam de omni dicitur, sed non praedicatum dicitur de subiecto, ut stat de omni sed non ex parte praedicati, et significat idem quod praedicari de omni individuo subiecti, ut patet in hac praedicatione omne animal est visibile, de hominibus rationalibus et de hominibus risibilibus; quae omnes sunt de omni.

2a conditio est quod praedicatum sit per se; modi autem dicendi per se sunt quatuor, primus est quando definitio vel pars illius praedicatur de definito, ut homo est animal rationale; 2us est quando propria passio praedicatur de suo subiecto, ut homo est risibilis; 3us modus per se est modus essendi, quando dicendo ut quod praedicatum excludit concomitantiam subiecti, ut Petrus; 4us modus est quando effectus praedicatur de sua propria causa, ut calefactor calefacit.

3a conditio est quod praedicatum sit universale, id est quod per se et primo conveniat subiecto, et ita licet sensibile per se conveniat homini, non tamen per se primo

Nam convenit illi rōe alij, unde illi qq. sunt necessarij in quibus praedicantur de eo per se et universaliter.

Propter illas particulas, notioribus, et prioribus, quibus denotatur nos assentire pri propter principia, ideoque notiora esse, in mentem venit explicare illud axioma, propter quod unumquodque tale, et illud magis. Cuius sensus est quod aliquod praedicatum convenit alicui propter quod idem praedicatum convenit alteri; perfectiori modo huic convenit, propter quod alteri convenit, v.g. Luna est lucida propter Solem, ergo Sol est lucidior.

Ad quod requiritur quod tale praedicatum conveniat causae, et effectui in eodem genere causae; et etiam requiritur quod praedicatum participatum sit realiter diversum, defectu cuius hoc axioma non valet; filius spirat Spiritum Sanctum, quia Pater illi communicat virtutem, ergo virtus spirativa in Patre perfectiori modo est quam in Filio. Hoc falsum, quia spirare non est diversum praedicatum, sed idem in Patre et Filio.

q. 2a

quae et qualis sit divisio demonstrationis

Celebris est divisio demonstrationis, in demonstrationem quia, et propter quid; propter quid est illa per quam non solum probatur praedicatum convenire subiecto, sed etiam per propter quid vel causam convenientiae; ut patet in hoc syllogismo: Rationale est admirativum, sed homo est rationalis, ergo homo est admirativus, ubi non solum ostenditur admirationem homini convenire, sed etiam causa ostenditur propter quam illi conveniat, nempe propter rationalitatem;

demonstratio quia est illa quae solum ostendit praedicatum convenire subiecto, ut homo est risibilis, [illegible] quia non debet intelligi causaliter, sed ratione coniunctionis huius demonstrationis procedit per causam immediatam vel per effectum vel [illegible] notioris, dicitur demonstratio

et 2.ª quod, quae procedit per causam remotam vel etiam [illegible] simpliciter cum demonstratione propter quid, quae procedit per causam immediatam, aliud demonstratio a posteriori quae procedit per effectum.

Quae habemus demonstrationes ad quaestionem, nam datur per membra immediate et contradictorie opposita, [illegible] non [illegible] ad intentum [illegible] quod nam demonstratio propter quid procedit per causam immediatam; quod [illegible] demonstratio quia, [illegible] procedere [illegible] procedere per causam immediatam [illegible] [illegible] [illegible] opposita, quod [illegible] quae [illegible] [illegible] [illegible] [illegible], nam illa demonstratio propter quid simpliciter demonstrat, et [illegible] nam demonstratio est medium ad acquirendam scientiam, quae cognitionem per causam, sed illa demonstratio propter quid demonstrat causam immediatam, [illegible] [illegible] [illegible] constat, quod illa demonstratio propter quid est simpliciter demonstratio.

Dices: utraque demonstratio procedit ex [illegible], et evidentibus, quod utraque facit scire, quod [illegible] [illegible] participat [illegible] rationem demonstrationis [illegible] [illegible] nam per demonstrationem quia non producitur habitus [illegible], quod habitus scientiae. = [illegible] [illegible] nam in demonstratione quia producitur habitus scientiae imperfectus [illegible] dispositionis, [illegible] [illegible] [illegible], [illegible] [illegible] [illegible] demonstratio.

~~D.º X 8, de [illegible] a divisionibus demonstrationis~~

~~q.º 1.ª an def.ᶜˢ demonstrationis data a Ph.º~~ q.º 1.ª quod sit scientia [illegible] constat [illegible]

~~Resolutio~~

D.º 19, de scientia a demonstratione effectu = subalternationis

[illegible] [illegible] [illegible] duplex est, alia actualis, [illegible] [illegible] causam, et cognitionibus [illegible], alia scientia habitualis [illegible]

Habitus per demonstrationem adquisitus, uti per habitum convenit cum aliis habitibus intellectualibus, qui sunt quinque nempe intellectus, scientia, ars, prudentia, et sapientia, quibus rectificatur intellectus ut firmiter adhaereat veritati, inter quos intellectus non sumitur pro potentia intellectiva, sed pro quodam habitu illi super addito inclinante ad cognitionem veritatis, id est immediatae, et ideo dicitur intellectus principiorum, qui distinguitur a scientia in eo quod haec est infallibilis cognitio veritatis mediatae, ex principiis et causis illius.

Dicitur per demonstrationem adquisitus, in quo distinguitur scientia a fide divina, quae licet sit certa, tamen obscura, distinguitur etiam ab opinione quae incerta, et cum formidine; per ly demonstratione differt a prudentia, et arte, quae versantur circa singularia; scilicet demonstratio definitur per certum syllogismum; scientificum est scientia per demonstrationem, et committitur circulus et negatio, sunt enim de ipsis in diverso genere causae. Scientia enim definitur per demonstrationem in genere causae efficientis, demonstratio vero per scientiam in genere causae finalis.

Circa 2am partem quaestionis adverte, quod scientia subalternans, est illa quae sub se continet alteram, subalternata vero, est quae sub alia continetur; relictis quo aliquibus modis improprie dictis subalternationis, tunc datur propria subalternatio in scientiis, quando una scientia sub alia continetur, quantum ad suum proprium obiectum; quod dupliciter contingit: uno modo quando obiectum unius scientiae essentialiter continetur sub ~~...~~ obiecto alterius, addendo differentiam essentialem, sicut caelum, elementa et alia continentur sub corpore naturali, quod est obiectum physicae, et ita illis subalternatur; addunt tamen differentiam essentialem, quia constituunt scientias diversas.

Alio modo fit subalternatio, quando subiectum utriusque scientiae acci-
dentaliter contrahitur subiecto alterius, addendo differentiam acci-
dentalem, et hoc modo musica subalternatur arithmeticae,
quia habet numerum subiectum utriusque, addit tamen musi-
cam supra numerum sonoritatem, quae extranea vel acci-
dentalis est differentia; et in hoc 2° modo, propria ratio subalterna-
tionis consistit, ad quam requiritur quod subiectum unius addat
differentiam accidentalem, et quod talis differentia non sit propria passio,
nec ipse non communis extraneus; ad quod requiritur scientiam
subalternatam ~~[illegible]~~ prosequitur autoritate per subalternare.

q. 2a; unde sumatur unitas, et distinctio specifica scientiarum

Quaestio praesens adeo difficillima est, ut inter logicas vix sit aliqua habe-
ri/ndis inextricabilior, quae scilicet fatetur diversorum
authorum plurium, et quod [illegible] quae capita formanda
de habituum specificatione, quis adeo incertaut describere
bene impossibile iudicat, cui tamen quanto potuerit claritate
procedat. propius.

Supponendum est primo, quod unitas et distinctio
specifica cuiuscumque habitus, vel potest sumi ab obiecto in
esse entis, quod obiectum potest pertinere ad genus sensibile, vel
ad genus scibile, in obiecto quoad genus entis attenditur per-
fectio quoad entitatem, et existentiam, quae est quidam ma-
terialis in illo, in esse vero scibilis attenditur perfectio
illius in ordine ad specificationem habitus, vel potest quoad
formalem rationem obiecti.

Quia ratio obiecti duplex est, alia est ratio quae,
alia sub qua, ut in dorsum logici distinguit, quarum utra-
que ratio formalis appellatur; si tamen ratio quae com-
paretur obiecto materiali, dicitur ratio formalis,
si vero comparatur ad rationem sub qua, dicitur ma-
terialis; exemplum in auditu, cuius materiale obiectum particu-
lare vero est color, medio quo obiectum determinatur ad auditum,
item ad auditum, color vero ut ratio quae ultimo [illegible]
ut obiectum formale sub qua istum dividitur =

Supponendum est 2º quod abstractio a materia est duplex, una ac-
tiva, quae est actio intellectus denudantis obiectum a materia, alia pas-
siva, et est ipsa actualitas et immaterialitas obiecti ab-
stractionisque activae, alia est totalis, ut quando animal abstrahitur a
homine, alia est formalis, per quam forma abstrahitur a materia,
ut quando figura circularis abstrahitur a materia sensibili; in itaque
conditionibus prioribus abstractio totalis, nunquam in forma
net integrum id, quod abstrahitur, nam abstracta
rationalitate ab homine non manet homo sed animal; tunc
quia ex abstractione totali oritur confusio, et minor
intelligibilitas in re abstracta, quam per abstractionem
formalem, ratio est, nam abstractio formalis fit per separa-
tionem a materia, et quo magis aliquid est immaterialius
eo est intelligibilius, totalis vero fit per separationem ab
actualitatibus, et ideo ponit obiectum potentialius, et mi-
nus intelligibile.

Supponendum est 3º, quod obiectum scientiae
non debet subiici mutationi, nam quod mutatur potest
esse et non esse. Cum ergo materia sit radix mutationis, ideo
obiectum scientiarum debet abstrahi a materia, quae abstrac-
tio formalis triplex est, a materia singulari sensibili et in-
telligibili; materia singularis pertinet ad individua-
tionem, et iuxta istam abstractionem procedit physica
naturalis; materia sensibilis dicitur quia sensibus
sentitur, ut color, frigus, sonus, iuxta quam procedit
mathematicus, qui de quantitate tractant; materia intelligibilis
dicitur substantia, vel materia 1a quae solo intellectu percipiuntur,
iuxta quam procedit methaphysica, obtinetque supre-
mum abstractionis gradum.

Sit ergo conclusio 1a: unitas scientiae non desu-
mitur ab obiecto in esse entis, ut voluit Vasquez, neque ab
obiecto principali, ad quod alia reducuntur, ut asseruit
Suarez, ratio est, nam scientia debet specificari ab obiecto
in esse obiecti, sed obiectum in esse entis non est formaliter obiectum,
ergo ab obiecto in esse entis non sumitur unitas specifica scientiae,

tionem, probatur nam eadem ratio in esse entis potest habere plures species, ut patet in colore, qui in esse entis, et qualitatis genus continet sub se plures species, et tamen utrobique unius est communicatio. Similiter ens continet sub se omnes, et tamen utrobique metaphysice habet unitatem specificam, quod eadem ratio in esse entis habet plures species, sed illud quod in aliqua ratione habet plures species, in illa ratione dicitur esse unum specifice, quia unitas requiritur ad rationem specificalis, quod utrobique in esse entis habens sub se plures species in esse specificatur scientiarum

quae ad 2.am partem patet, quia nemini latet Suarez, quia nam istilla ratio subilis, ad quam omnia reducuntur, quae in tali scientia tractantur, et in re quae adeo certa dicitur esse, atque utrobique ad dicendum eum ad argumentum.

Sit 2.a de unitate generica, et specifica scientiarum, cum ex tota ab eo in esse subilis, quae subilitas provenit in ordine ad immaterialitatem, et abstractionem illius. 2.o pars quoad 1.am partem, nam ad utrum in esse subilis constituitur per immaterialitatem, quod in esse talis subilis continetur per specialem immaterialitatem, sed immaterialitas est aliud, quam abstractio a materia, quod talis immaterialitas est abstractio a tali materia, scilicet a materia triplici nempe singulari, sensibili, et intelligibili, quod datur triplex genus subilis, tunc hic intra quamcumque abstractionem ex his continentur scientiae diversae, quod talis abstractio a materia constituit unitatem genericam scientiarum

quae ad 2.am partem 2.a pars, nam ultimum speciale, specificativum scientiarum continetur sub ultimo speciali specificativo unitatis, ultimum speciale in eo ipso quod constituitur per immaterialitatem (ratione subiecti, seu obiecti utrobique immaterialis, in materialibus atque intelligibilibus) quod utrobique speciale scientiae constituitur per immaterialitatem, et specificat scientiam.

et confirmatur nam obiectum formale scientiarum participatiuum formaliter et intrinsece, nempe immaterialitatem necessariam scientiarum de necessarijs, quod obiectum formale scientiarum constituitur per specialem modum immaterialitatis necessarij ut patet, nam obiectum immateriale debet correspondere intellectui, qui est immaterialis; confirmatur, nam in tantum aliquid est necessarium, quatenus est immobile, et immobile est quod separatur a motu, et talis separatur a motu quod abstrahitur a materia, materia enim est radix mutationis et contingentiae, quod obiectum specificatiuum scientiarum est immaterialitas necessaria, non solum prout dicit separationem a materia ut a termino a quo, sed prout dicit accessum ad gradus determinatos immaterialitatis in specie ut ad terminum ad quem.

Ut autem hoc clarius appareat supponendum est quod abstractio a materia est quid intermedium, in quo consideratur ut terminus a quo materia derelicta, et ut terminus ad quem accessus ad determinatum gradum immaterialitatis ut patet in logica, metaphysica, et theologia, in quibus relinquitur terminus a quo scilicet materia sensibilis, et intelligibilis, et omnino deueniunt terminus ad quem immaterialitatis, nam theologia respicit deum ut cognitum lumine diuino uirtualis reuelationis; metaphysica uero, respicit gradum communem entis ut abstrahit a creato et increato, logica uero secundas intentiones fundatas in actibus intellectus, quod specificatio infima scientiarum non solum abstractio a materia ut a termino a quo, sed ultima determinatio talis immaterialitatis in specie.

Proponuntur et soluuntur argumenta

Primo arguitur nam scientia non specificatur ab obiecto inquantum scibili, ergo ex specificatur ab illo inquantum entis, consequentia patet antecedens probatur nam obiectum ut scibile supponit scientiam constitutam, quod non specificat inquantum scibilis; confirmatur, nam obiectum esse scibile est extrinseca denominatio proueniens in obiecto a scientia, (sic enim quod obiectum terminat scientiam dicitur scibile) quod obiectum ut scibile, et immateriale, non supponit scientiam constitutam

Resp. ad primum et secundum arg., dico secundum: licet ex parte denominatio ex primo scibile in x[illegible], quatenus attingit et terminat scientiam, dicitur ex scibile; si tamen sumatur scibile pro quadam formalitate in x[illegible] quatenus est in obiecto, ratione cuius terminat scientiam, hoc in x est, a quo sumitur scientiarum specificatio.

Sed ad 3um nam ante ex[illegible] terminationem intellectionem, quod est in obiecto pertinet ad genus entis, quod scientiae specificantur ab obiecto in esse entis; quare nam quod invenitur in obiecto in actualitate, vel immaterialitate, sub hoc etiam pertinet ad genus entis, quod quod invenitur in obiecto ante externam terminationem pertinet ad genus entis.

Resp. antecedens; nam praeter entitatem in x[illegible] obiecti datur in x[illegible] intelligibilitas, quae oritur ex propria actualitate, et carentia materiae, quae est de linea abstractionis, a quo scientiae specificantur.

2° arg. conceditur scientia, quae sit una specie eadem, cuius obiectum non sit unum specie eadem, quia unitas scientiae non sumitur ab obiecto prout scibili et immateriali; quare antecedens nam metaphysica est una specie eadem infima, et tamen eius obiectum est, ut in Deo, et creatura, entia reali, etc., quod datur scientia, cuius obiectum non sit unum specifice; consequentia probatur quia nulla ratio univoca potest in[illegible] tollere Deo, et creaturis, sed ratio scibilis, et immaterialis, erua[illegible], quod ratio scibilis non est una specifice Deo, et creaturis.

Resp. antecedens; et ad probationem dico metaphysicam et eius obiectum esse unum specifice, quia ratio formalis ob[illegible] eius sub qua est abstractio ab omni materia, quae individui[illegible] est eadem, ad eius impugnationem dico, non esse inconveniens quod Deus et creatura conveniant univoce in aliqua ratione communi in genere intelligibili, licet non in genere entis, quod est dictum est univocum, sed analogum Deo et creaturis, potest tamen ratio eius univoca in genere intelligibili.

Sed dices: intelligibilitas est ratio entitatis, id in genere entitatis univoce determinatur, scilicet in substantia et accidenti, ergo etiam in esse intelligibili, consequenter, nam ideo est aliquid intelligibile quia ens, quod implicat quod sit maior convenientia in intelligibilitate, quam in entitate, et minor convenientia in [illegible] [illegible].

Respondeo concedendo antecedens, et ad cuius probationem distinguo, quod oportet esse maior convenientia in ratione, quam in illa ratione constituit genus diversum ab illo in quo est, concedo; non constituat genus diversum, concedo; et patet hoc in [illegible], qui [illegible], et tamen inter ens rationale et brutum est univoca convenientia in esse sensibili, non tamen in ratione entis; patet etiam in substantia et accidente, quae univoce conveniunt in ratione [illegible], quod in ratione intelligibilitatis, quamvis analogice conveniant in ratione entis.

3° arg. Sub eadem abstractione a materia dantur plures scientiae distinctae in specie, quia nam sub abstractione ab omni materia, continentur theologia, metaphysica et logica, et sub abstractione a materia sensibili, continentur geometria et arithmetica, et sub abstractione a materia singulari continentur physica, et medicina, quae unitas [illegible] specifica scientiarum, non desumitur ex abstractione a materia.

Pro solutione argumenti, supponendum est in illo notabili [illegible] dicitur abstractio [illegible] sumpta [illegible] tamen [illegible] constituit diversas species scientiarum [illegible] sub eodem genere abstractionis dantur diversi modi abstrahendi, ad quos [illegible] specie differunt scientiae.

4° arg. nam in [illegible] demonstrationis pertinent ad specificationem scientiae, ut sunt lumina, quibus cognoscitur et illuminatur obiectum, ergo tunc [illegible] [illegible] [illegible] luminis fuerint diversa [illegible] habent diversum modum illuminandi, quamvis abstractio a materia [illegible] conveniunt ad specificationem scientiae.

Remanebit unitatem abstr. et priorum ad speculationem scientiæ, prima autem reducuntur ad unitatem ultimæ immaterialitatis, nam de priorum sumitur ab de immaterialitate, quæ eadem in omnibus scientiis; unde non ad generalitatem generis, sed specifica scientiarum sumitur ab immaterialitate ult.

Ex dictis infertur logicam esse unum simplicem et individualem habitum, et qualitatem non compositam ex pluribus habitibus partialibus, sicut quæ cadunt sub speciali geometriæ sunt unum individuum, specie infima, et sicut una et simplex potentia intelligibilis iudicat, quia omnia pertinent ad eandem specialem, sub qua intelligibilitate, ita omnia quæ ad logicam pertinent constituunt unum simplicem habitum, nam prima demonstrationis deriuantur ex prioribus syllogismi, et haec ex prioribus argumentationis, et prima argumentationis ex prioribus operationum, et haec ex prioribus 2æ intentionis.

D. XX. et ultima de aliis habitibus intellectualibus

Q. unica: an scientia, fides, et opinio de eadem ueritate possint esse simul in eodem intellectu

Ante resolutionem huius ultimæ difficultatis nota, quod præter habitum scientiæ dantur alii habitus euidentes, et alteri inevidentes, unde sicut certum est dari scientiam conclusionum, ita certum est dari intelligentiam, uel intuitum priorum, qui habitus nihil aliud sunt quam intellectus, sed habitus superadditus, et ab intellectu distincte ratione, nam intellectus quemadmodum potentia indifferens ad uerum uel falsum, sed habitus priorum determinat intellectum ad cognitionem ueri, quo distinguuntur qui habitus sic potest definiri, intuitus priorum est habitus circa prima necessaria, immediata et speculatiua, qui habitus resultat in mente per nostrum considerationem

Tonitatiorum, ad praesentiam specierum intelligibilium; alius habitus eiusdem est sapientia, est cognitio nuper altimas, et superiores causas, et in ea capitibus omnium scientiarum regulans illas; versaturque circa Dei essentia cum cognitione perfectissimo reflexiva, nam cum non habeat scientiam sibi superiorem, cognitio reflexa attingit Dei probando ipsum, et rua pro

habitus qui inevidentes sunt tres opinio fides et suspitio est assensus alicuius veritatis probabilis cum formidine partis oppositi, fides autem humana est assensus cognitantis ob authoritatem dicentis; suspicio est assensus inclinans ad aliquam partem ex aliquo levi signo; denique dubitatio est cognitio absque firmo assensu, quae cognitio nullum habitum generat, nam dubitans non assentit, sed suspendit iudicium

quia tamen inevidentia melius cognoscitur per suum oppositum, ideo certitudo est firma adhaesio intellectus ad unum, quae ut retinet ex parte entis est finalis, itaque ipsa, est prout surgit ex parte obiecti causans, et obiectiva, aliud quod provenit a voluntate, et est subiectiva, utque de summo dicitur fidem, omnis tangit voluntatem, et illa mediante intellectus determinatur, quae certitudo est sine evidentia quam supplet voluntas, ad dictam certitudinem, obtinendam, quae etiam evidentia

Evidentia autem ex divo Thoma 2a 2ae, q. 1, art. 4°, est illa quae sola movet potentiam, quae datur quod per lumen naturale, cognoscimus prima principia et similiter quae cognoscimus veritates, quae in talibus principiis resolvuntur; illa enim dicuntur videri, et evidentia quae se ipsis movent intellectum; in opinione vero distinguitur duplex formido, alia in ex parte obiecti inseparabilis ex parte eius finalis cognoscendi, alia ex parte subiecti ex parte ipsius, quae omnino relinquit intellectum, quae separabilis est, ut quod certe dicimus multa nulla =

Differunt autem a primo, quia fides humana essentialiter, namque fidei cognitiva [illegible] essentialiter diversa, omnia coniunctis [illegible] probabilibus inclinantibus intellectum ad unam partem, attamen convincentibus, fidei autem innititur, ad cognita authoritate divina, licet non appareat imperitis, hoc sufficit ad essentiam fidei, quo differunt essentialiter.

Triplex comunicatio in praesenti dubio fieri potest, primo, inter actus scientiae et actus opinionis simul sint compossibiles, 2do, inter habitum scientiae et habitum opinionis, 3tio, inter habitum unius, et actum alterius, scitum enim est, scientiam posse componi cum opinione, respectu diversarum veritatum, et eiusdem in his, vel contra,

Sit prima conclusio, actus scientiae non componitur cum actu opinionis in eodem intellectu circa eandem veritatem, haec est divi Thomae, et eius scholasticus authoritate illius, libro 1 post. lec. 44 ubi ait, manifestum est, quod non contingit idem simul sciri et opinari, quia simul homo haberet existimationem quod possit aliter se habere, et quod non possit aliter se habere.

Confirmatur ratione, nam formae habentes effectus formales incompossibiles respectu eiusdem subiecti non compatiuntur in illo, sed actus scientiae et opinionis sunt huiusmodi, ergo non compatiuntur in eodem intellectu circa eandem veritatem, minor patet nam actus scientiae certificat intellectum, reddit illum convictum existimantem non posse aliter se habere veritatem illius propositionis, opinio reddit intellectum dubium, cum formidine alterius partis existimantem posse aliter se habere veritatem. Ubi oppositum, scilicet certum, et dubium, firmum, et cum formidine [illegible], quorum uno [illegible] [illegible]

~~Sunt ergo privativae oppositae quorum una possibilitas alterius ... ~~

Dices 2º: itaque assensus fieri per media diversa, itaque potest esse intus certus et incertus de eadem veritate; falsum; nam diversitas mediorum ... incompossibilitatem actuum qui in potius desumuntur ab illis; quia nam medium demonstrativum tribuit certitudinem intus, medium oppinativum influit incertitudinem; sed certitudine certitudinem et incertitudinem opponitur eidem intus quod intus. Tum quia, quod etiam formaliter dicunt inter se oppositionem, unum expellit aliud, etiam si provenient ad diversis modis ratione nam lux et tenebrae quae sunt incompossibiles inter se, etiam si provenient ad diversis causis, similiter scientia et error provenient ad diversis causis et tamen non compatiuntur simul circa eandem veritatem.

Sit 2ª: habitus scientiae et oppinionis non compatiuntur nec de ... circa eandem veritatem et oppositione, habitus et actus ... circa idem objectum et habent eandem rationem formalem attingendi illud, sed actus ex modo attingendi ... sunt impossibiles, ergo et habitus ... nam ... debent ... habitus, nam sicut actus specificantur ab objecto, ita habitus ab actu; sed actus ... incompossibiles, ergo et habitus.

Sit 3ª: actus scientiae naturalis compatitur cum habitu oppinionis, ita ... unum expellat alium, ... ratione, nam actus opponitur immediate habitui, sed actus actui et habitus habitui; ... naturalis immediate

opponuntur ipsa certitudo, quae actus scientiae compo-
titur cum habitu opinionis et e contra, quia patet nam habi-
tus dat inclinationem ad suum actum primum,
et hoc in aptitudine Pauli manifestis fidei habitualis cum
contradictione.

Prima est secunda vero debent intelligi
ipsum [illegible] formaliter, sed etiam de potentia absoluta
de prima patet, nam etiam in ordine ad potentiam
absolutam actus scientiae et opinionis opponuntur
privative, nam certitudo scientiae privative oppo-
nitur carentiae certitudinis in opinione; secunda patet
nam licet habitus illam non opponantur, tamen
ipso facto quantitas simul cum primo infertur incom-
possibilitas habituum, etiam in ordine ad potentiam Dei,
ratione, nam ipso facto actuum praehabetur in habitibus,
sed in actibus est oppositio privativa, ergo etiam in habitibus.

Primo arg. contra primam partem, nam ha-
bens scientiam, potest habere opinionem per medium
probabile huius rei, aliquis homo est admirativus,
quia potest cognoscere per medium demonstrativum
nempe ex discursivus est admirativum, potest etiam
cognoscere per medium probabile nempe ex physiognomia
admirativus, aliquis homo est physiognomus, ergo est admirativus.
Tunc sic; per hunc syllogismum producitur aliquis
habitus scientiae, et opinionis, ergo uterque compo-
sibilis est;

Et confirmatur, nam habens opinio-
nem alicuius rei potest acquirere scientiam de illa
et tamen non amittit habitum opinionis, ergo manet simul
uterque habitus, probatur minor nam habitus opinionis
[illegible], et habitus scientiae [illegible], unus non destru-
itur per alium, quia paulatim scientia excluderet opi-
nionem, patet [illegible] in habitibus voluntatis, nam ho-
mo habens intemperantiam inveniam, ita quod
intemperantiam remittam, temperantia non
[illegible] suum [illegible], [illegible]

R. ad arg. in min. subsumptam, nunquam in generatur opinio, et habitus scientie, cum ad quilibet formatur, non quia intenditur, sed quia extenditur ad iudicandum de eadem veritate per medium probabile, patet in habitibus fidei et Charitatis, quorum actus non generat sufficientem habitum infusum, nec minus quod ac actus qui ex se generaret opinionem, si scientia non adesset, cooperante ad productum illud.

ad confir. R. neg. min. et disparitas inter habitus voluntatis, et intellectus est quia cum voluntas non possit totaliter superare potentiam appetitivam, et quia per unum actum non possunt proponi voluntati omnes rationes et motiva diligendi obiectum, ideo per unum actum non generatur habitus virtutis, quia tamen intellectus concludit certo omnino per certam pertinentiam non vero per rationem probabilem, ideo per unum actum generatur habitus scientie non opinionis, et ideo unus expellit alium.

2° arg. habitus non opponuntur per se: nam oppositio est inter actus, nam si habitus scientie et opinionis non exirent in actum, non causaretur certitudo, et incertitudo, que in actibus et in habitibus exercetur oppositio. = et confirmatur; nam si desisteret contigisset ipsum Divi Pauli, in quo dum videbat essentiam divinam per lumen glorie, quod est primum actus visionis non amisit habitum fidei, quem simul habuit assensum obscurum perfectum, et clarum per visionem.

R. etiam ex eo, quod opp.m in habitibus nam habitus scientie habitualiter certificat intellectum quem non facit habitus opinionis, et ideo ex parte, tum differunt habitualiter sicut ignorantie genus perfectum et imperfectum.

et ad confirm. R. lumen gloriæ communicatum diuo Paulo fuisse per modum transeuntis, et etiam habuit perfectum statum habitus excellentis oppositum, opp. enim exercitur, si uterque habitus sit in statu perfecto: alii dicunt lumen gloriæ distinguere lumen fidei, ita etiamsi ait Paulum nihil scire de articulis fidei, quia si uidit diuinam essentiam [illegible] habitum fidei, quo ad articulos quos non uidit; uel potentia habitum fidei posse compati cum actu uisionis permanenter, sed transeunter. =

de Libris topicorum, et elenchorum

Circa libros topicorum nihil nouum dicendum uenit, contenta in institutionibus dialecticis pro arte inueniendi medium; nam topos Græce, Latine idem quod locus, et topicus e localis, uel ars inueniendi locos, et medium; et hic de libris topicorum.

~~[illegible]~~ in libris elenchorum mire agit Aristoteles de sophisticis, et captiosis redargutionibus, elenchus enim redargutio seu reprehensio est; igitur fallacia syllogismi uel prouenit ex parte materiæ, scilicet alicuius æquiuocationis, uel ex defectu formæ, uel ex utroque simul. Si deficiat syllogismus ex parte materiæ, dicitur quæ premissam ubi est defectus, si sit fallacia ex parte formæ, assignat defectum syllogismi; si uero ex parte utriusque, quoquo modo soluuntur, potuit respondere. Prima fallacia est defectus syllogismi in quo reperiuntur quatuor termini, ars enim syllogistica stat in cognitione duorum terminorum in uno tertio, nempe in medio, ideo quæ sequuntur syllogismus in quatuor terminis, omne animal [illegible] omne animal, ergo homo est,

2a fallacia æquiuocationis committitur per æquiuocationem terminis æquiuocis atque etiam in hoc syllogismo, Canis latrat, sidus cœleste canis, ergo sidus latrat. ~~homo~~ Cœlestis [illegible], omnis homo ex [illegible], ergo omnis homo est [illegible].

Similiter committitur defectus, si medium non distribuatur complete
in aliqua premissarum, ut omnis albus fuit in arca Noe, Aethiops
erat, ergo fuit in arca Noe; item in defectus si medium in predicatur
non; ut omnis similitudo est qualitas: hec qualitas est intensa
ergo hec similitudo est intensa; insuper ex puris particularibus
vel negativis nihil sequitur.
3a falatia est amphibologia, ut
quando interrogatione equivoca, ut liber Aristotelis ponit de tuo bacillo,
liber librorum est Aristotelis, ergo ponitur de tuo bacillo; 4a falatia est
argumentatio a sensu composito ad divisum, vel econtra, ut ea
debemus in libro de causis, 5a falatia est accentus, si mutatur
de brevi in longum, ut qui occidit moritur, sed pa-
trias occidit, ergo moritur; omnis populus est hominum
multitudo, aliqua arbor est populus, ergo aliqua arbor est
hominum multitudo, 6a falatia est transmutatio ab uno
predicamento in aliud, ut quod fuisti heri, es hodie, sed heri
fuisti incipiens, ergo incipiens es hodie; mutatur enim quod
in quale.
In rebus vero significatis ignorantia elenchi, et
~~ut in modo dictum~~ per vices prima falatia est acciden-
tis, ut quando quod de propositum subiecto tribuitur predicato, ut
Chloe pater leo tuus, ergo pater tuus est leo; item commi-
ttitur hec falatia, quando propter nomen commune accide-
taliter superiori tribuitur inferiori, ut animal est genus, homo
est, ergo homo est genus, 2a falatia est consequentis, quando arguitur ab
consequenti ad antecedens; ubi tamen sunt tales, ut est animal, ergo homo,
vel non est homo, ergo non est animal; 3a falatia est a dicto secundum quid ad dic-
tum simpliciter, Aethiops est albus secundum dentes, ergo absolute
est albus; vel quando coniungimus que disiuncta sunt, ut homo
imaginis, et logica, ergo imaginis logica.

partis falsitatis ex ignorantia Clenchi, et hic modus ad idem
Sub quaternario, ternario, duplex, uniario, et quinario, quod
duplex est duplex, s. fallatia ex petitione principii, ut probo visibilitur
non causa pro causa, ut si. peritillud quod inquiritur, ut homo
est liber, quia animatus; secundo fallatia fit per interrogatio
nem plurium per modum unius, ut si roges an sit
homo et equus; ad quod si dicas, vel affirmando hominem
vel negando Equum; plura alia huc pertinentia videri
possunt apud Joan. a S. Th. lib. 3o summ. cap. nono
de defectibus silogismorum in com. et in particulari
et hic dicta dialectica dixisse
sufficiat ad laudem Sacratissimae Trinitatis Patris, et Filii, et
Spiritus almi, nostri magistri, duci et Patroni; cedat
etiam in laudem Virginis matris Mariae Carmelitarum
Patronae, nostrique Seraphicae Theresiae a Iesu, et ma
gistri Angelici divi Thomae Aquinatis, et maioris divi
Iacobi Hispaniarum Patroni.

Vltimam imposuimus manum nostrae dialecticae vicesimo
gesima octava mensis novembris, anno millesimo
sexcentesimo quinquagesimo septimo. finis coronat opus.

Disputationes in vniuersam Aristotelis naturalem Philosophiam in octo Libros phisicorum distributæ iuxta angelici Magistri diui Thomæ Aquinatis mira doctrinam Lectore R.do P.e fratre Didaco Athanasio de Velasco in Vtrariensi conuentu beatæ Virginis Maris de monte Carmeli, anno ab incarnato verbo millesimo sexcentesimo quinquagesimo septimo, die tertia decembris

Operis proemium

Dialecticis tranatis scopulis, et hidaspidis logiæ altitudine peragrata percursis que creaturi ad adquirendam scientiam conducunt, (Cultram fructuose) animum excitauit dilectissimi auditores philosophiæ succum subhaerere, huiusque naturalis scientiæ flosculos intelectuali manu coligere, et huius prolixi itineris cursui ultimam manum imponamus: igitur flagrante huius scientiæ desiderio, ut aura inspirante coelesti ad sacræ theologiæ limina perueniatis, in hac ergo scientia nullam aliam quam diui Thomæ doctrinam mirifice uberem, sicut abiosso dulci uobis tradendam propono, ut ipso duce uberes scientiæ latices hauriatis.

Nomen ergo philosophiæ non scientiam, sed illius denotat amorem, ut constat ex Laercio citato a nostro Colegio, Cum enim Pitagoras a Leontio qua arte polleret interrogaretur, Respondit se non sophum, id est sapientem, sed philosophum, id est sapientiæ esse amatorem, quo ex tempore ~~philoso~~ philosophia nuncupari cepit Philosophia, quæ scientiam ipsa ex nominum impositione significat.

Liber primus phisicorum de phisico auditu, seu naturali auscultatione

Principiorum aristotelicum orcelbus contemplatum, ideo de naturali auscultatione nuncupatur, quia auscultare, atente audire significat, continentur operum genere apud antiquos, alia nimirum torinas exomenta, que exoterica dicebantur, ideo vulgaria ad quorum auditionem etiam vulgares admittebantur, erant alia in quibus subtiliores difficultates agitabantur, que Acromatica, ideo auscultatoria vocabantur, indigebant enim atentione maiore, ad quos solum proiectiores, et ingenio pollentes admittebantur, cuius generis nostra philosophia est

Disputatio prima proemialis totius philosophiae quaestio prima quid sit philosophia, et eius formale obiectum

Variae sunt philosophiae acceptiones, primo enim sumitur pro cumulo omnium scientiarum, in illarum [illegible] in contemplatione, [illegible] etiam in praxi [illegible] dantur, quae sic definitur a divo Damasceno est divinarum humanarumque rerum cognitio. 2° accipitur extricte, pro sola veritatis contemplatione, et est cognitio rerum per proprias causas, 3° modo sumitur pro speciali scientia speculativa quae continet substantiam rerum, et sic adnor exquirat, ita Philosophia definitur 4° meth. textu 2° philosophiae verissima veritatis cognitio

Accipitur scientia communiter dividi in primo in metaphysicam, mathematicam, et philosophiam naturalem, iuxta triplicem abstractionem a materia, metaphysica primo philosophia vocatur et merito quia contemplationi nobilissimarum substantiarum incumbit et primarum, nostra vero philosophia naturalis vocatur 2a, quia de substantiis ut subiectis mutationi pertractat, quo de [illegible] in suo loco

Priusquam philosophiae quidditatem per eius obiectum cognoscamus aliqua ex terminis ponenda sunt, sit prima philosophiae dari scientias, ratio est quia scientia inclinat ad actum, quo demonstratur aliqua passio de subiecto, sed in nostra philosophia, nam de ente mobili demonstrantur passiones, ut in progressu scientiae constabit

Sit 2a. Philosophia est scientia speculativa nam scientia speculativa habet pro fine veritatis contemplationem, sed philosophia, quae est [illegible] nam entia naturalia de quibus tractat non sunt a nobis operabilia, id de ipsis contemplationem, seu passiones, quae habet pro fine veritatis cognitionem

x tuto

Sit 3a. 2o. in phia naturali scientia necessaria, ut utriq. inclina
tioni hominis ratio est, tum illud omne, ad quod intrinseca
hominis inclinat, est illi necessarium; ut utraq. inclinationis
hominis nata inclinat ad cognitionem rerum naturalium
juxta illud philosophicum, omnis homo naturaliter scire
desiderat; ergo phia est simpliciter necessaria juxta suam cond.

Pro obto. phiae. in proemio memoriam revocat que
in logica dicto in proemialibus traditi, videlicet, quod aliqo
dicitur ens mobile esse obtum. phiae., non sumitur complexe pro aggre
gato ex ente, et mobilitate, sed incomplexe pro essentia cui
convenit mobilitas, et licet ab aliquibus pro eodem sumatur
corpus ens, vel quilibet mobile, et ens naturale, et natura aure
differunt, natura enim dicitur principium motus, et ens naturale, id
quod in se habet principium motus; unde obtum. phiae. naturalis, id
ens naturale dicitur, quia agit de mobilibus.

Circa quod dub., diversi sunt: 1a. alia
absque desfirmat obtum. phiae. esse ens, vel corpus mobile, ita
nostri complutenses; alia etiam ex thomistis asserit esse ens
mobile substantiam, ad quod reducuntur mobilia acciden
talia, ut patio ab esse ita dicendo, ortu.

Sit nostra 1a. obtum. materiale phiae.
est corpus mobile, vel naturale, obtum. vero formale mobile
ut sic abstrahens a substantia, et accidente, sicut in visu pa
tet obtum. est corpus coloratum, ubi corpus est obtum. materiale,
coloratum vero est ratio formalis; prima pars probatur, nam
cum phia non abstrahat a materia intelligibili, et sensibili, sed de
substantiis, et mobilibus, agit de motu corporis, ut de obto. materiali.

2a. pars probatur authoritate divi thomae in
proemio physicorum ubi ait: subiectum phiae. est ens mobile simpliciter,
non autem dico corpus mobile, quia omne mobile esse
corpus, ut in hoc libro; nulla autem scientia probatur
obtum. suum ratione, nam communia patio, quanto plus sunt de
monstrata sub ratione motus, sed motus non definitur per ordinem
ad corpus, substantiam, vel accidens, sed per ordinem ad ens abs
trahens ab utroque dicendo motus est actus entis in potentia, ergo
obtum. formale phiae. est quilibet mobile, non corpus vel substa

ma, et tamen, cum per eos intelligantur, quod Individuitas eius non explicatur ratio Corporis, sed ratio entis in potentia, Corpus non expectat ad formale, sed materiale obiectum, quod propriam parabolicam dicitur entis mobilis quod pertinet Corporis de illo agens physica sicut se habet Coloratum exterius, quod in nulla corpus videretur ab oculo.

Sit conclusio aptitudinalis mobilitas ut radicale praecipue tamen formalis actualis et totius obiectum, ratio est nam mobilitas proxima substantialis et accidentis, sicut physica agit de substantia ut natura utriusque radicale motus, et de generatione substantiali, ergo mobilitas radicalis, et proxima est obiectum formale physicae.

Dices 1.° ergo obiectum formale physicae erit illum ens, ut etiam substantia mobilis; Respondeo distinguendo: si sumatur substantia pro quidditate, ut radice motus concedo; si sumatur pro primo praedicamento, ut natura subsistente nego; nec enim materialis est in formalis ratio physicae; unde licet subiective ens mobile substantia sit, tamen terminative per mobile abstrahit a substantia et accidenti, respicit quae propria mutationis substantialis et accidentalis.

Dices 2.° ergo mobilitas substantialis et accidentalis specificant physicam, quod etiam specificatur a substantia et accidenti; Respondeo distinguendo primum consequens, mobilitas substantialis et accidentalis terminative sumpta specificant physicam concedo, subiective sumpta nego; negatur 2.a consequentia; nam hae propria motus non sunt eadem entitative, sicut substantia et accidens, quae univocantur in una scientia nempe methaphysica, habent enim eandem rationem formalem scibilitatis, et quia conveniunt in abstractione entitativa, sed in eadem abstractione formali ab materia; ita physica agit de substantia et accidente, et ut conveniunt in aliqua ratione reali, bene tamen in eadem abstractione terminata singulari.

Proponuntur et solvuntur argumenta

Primo arguitur: nam illud est obiectum adaequatum scientiae de quo demonstrantur passiones, quae in illud demum reducuntur, sed de ente mobili substantiali demonstrantur in physica passiones nempe motus, ergo mobile substantiale est obiectum adaequatum physicae.

Minor prob. nam passiones quae a phco demonstrantur sunt mobi-
litates proximae et accidentales, ideo demonstrantur de
mobili substantiali, et in illud resolvuntur; quod constat, nam
mobilitas substantialis quae per nullam passionem demonstrari potest, est
tamen proxima, atque per primam minorem nam quod subiectum
e radix actus secundi demonstratur prius proximum illius
ut radix intelligendi per intellectum quia radix est eius actus secundi,
sed in mobili substantiali datur radix omnis motus quo de ipso de-
monstrantur proprietates motus

R. c. maiorem, distinguo minorem, sed de ente mobili
substantiali terminative sumpto demonstrantur passiones non
substantiale sumpto c°. itaque subiectum mobile atque tanquam
principium per se motus, nec accidens, sed natura, quae est radix
mutationis, et ita ens mobile substantiale sumptum non abstra-
hit a substantia et accidente, quia tamen motus terminari
possunt per substantiam, et accidens, ideo ens mobile termi-
native abstrahit, et ita non implicat quod ens mobile
substantiale, et quod abstrahat a mobili substantialiter et
accidentaliter, eo quod mobile substantiale est radix mu-
tationis substantialis, et accidentalis.

2° arg. nam substantia vel corpus
mobile est obiectum adaequatum phiae, quod non est abstrahens
a substantia et accidente, probatur ans. nam si ens quod est
obiectum phiae comprehenderet substantiam, et accidens, nulla
daretur passio vel proprietas demonstrabilis, probatur
nam proprietas est accidens nempe motus, quod si agit phia
de accidente, ut de subiecto, coincidit proprietas cum subiecto
et nulla demonstrabitur physica passio, quod sola substantia
et non accidens est subiectum motus, et obiectum phiae.

R. n. ans. nam substantia vel corpus mo-
bile est obiectum materiale phiae, item supponendo, non vero for-
maliter et in exprimendo, et ita ens mobile non significa-
tur aliquid commune substantiae et accidenti mobili, sed sola quid-
ditas mobilis radicalis, quae habitudo est in materiali corpus

Sed 2° nam scientia quae agit de aliqua specie generis agit de genere, ut constitutivo talis speciei, ut quae agit de homine, agit et de animali; ergo physica quae formaliter est de ente mobili per substantiam mobilem quam pertinet, quod ideo non explicatur substantia quia agens, neque ens quod est superius corpori vel subst.

Respondetur, scientia agens de aliqua specie agit etiam de genere quae formaliter non, ut genus subest speciei in ratione formali, unde in ente mobili genus non sumitur pro gradu superiori, sicut explicat quidditatem mobilem, etiam hoc sensu sumitur terminative etiam complexe, et assignatur pro obiecto adaequato philosophiae.

3° arg. namque mobile et corpus hinc ... non pertinentia ad physicam, et ex alio capite agit physica de pluribus quae non continentur sub ente mobili, ergo mobile non est obiectum physicae ... Probatur quoad primam partem, nam mobile etiam convenit angelo qui mobilis sunt per cognitionem et motum localem, et tamen non agit physica de angelis; probatur quoad 2am partem, nam in physica agit de quiescibili, quia natura principium motus et quietis, et agit de pluribus quae non continentur sub mobili, etiam agit de immobilibus, ut de Deo primo motore, et anima rationali separata: insuper astrologia et medicina agunt de ente mobili, astrologia de motu caeli et planetarum, haec de corpore ut sanabili, quod est mobile etiam aliis diversis, et non adaequat nec specificat obiectum.

Respondetur quoad utramque partem, nam motus angeli agit physica imperfecte et attingentes ... quo modo angeli moventur, nam operationes angeli sunt insensibiles et perfectae, et ideo non pertinent ad motum physicum ... ad 2am partem dico quod cum quies sit motus privatio dicit cognitam formam oppositam, et ita ad motum reducitur; de Deo autem et anima rationali agit philosophus non ..., sed ut sunt primum motores, agit enim de anima rationali ut est forma corporis quod convenit illi etiam separatae, licet actu non informet corpus; ad ultimam instantiam dico astrologum agere de caelo et planetis non ut mobilibus, sed ut mensurabilibus, et ut habent diversas proportiones quod tamen est proprium mathematicae; sicut et medicina est agere de corpore ut sanabili, quod supponit, non probat motum, sicut artifex non facit statuam sine motu, sicut non motum, sed commensurationem ... motum supponendo.

q.° 2.^a; quid sentiendum sit circa unitatem Philosophiæ

Circa propositum dubium extrinsecus Thomistæ e diversis sententiam [illegible] aliqui ut Caietanus et Soncinas, distinguunt speciem partes philosophiæ, nam pars de cœlo specie distinguitur a parte de ente generabili et corruptibili; id defendit [illegible] author dub. d. Thomæ [illegible] lec. 4.ª, ubi ait, unde alia dicimus, sensibilium corruptibile et materiale, utrumque huius generis distinguuntur in varias species scibilium, diversos modos et rationes cognoscibilitatis.

Et probatur ratione, nam licet duo conveniant in eadem abstractione, abstrahit praeterea aeque a derelictionem materiæ, possunt distingui specie in ratione scibilis, si habent diversam immaterialitatem inter se in ordine ad eandem aliquem, sed incorruptibile et corruptibile licet conveniant in materia singulari in abstractione, unum tamen est magis immateriale alio, ergo distinguuntur specie in ratione scibilis, minor patet in materia; minor probatur, nam corpus incorruptibile est mobile ad locum, et corpus corruptibile mobile ad locum, ergo unum est actualius alio, cum nam illud est minus mobile quod magis accedit immaterialitati, sed corpus incorruptibile quod solum est mobile ad locum est immaterialius corpore corruptibili.

Alia sententia affirmat philosophiam naturalem esse unum secundum speciem, sic Aristoteles, Complutenses, et Joannes a S.^{to} Thoma, deducitur ratione impugnationis primæ sententiæ, nam tunc immaterialitas causat in [illegible] diversitatem [illegible] qua non salutur in diversa primo propria, sed omnia hæc sunt eadem propria entis mobilis rationem communem motus, nam immaterialitas [illegible] quæ tractantur in physica constituunt unam et eandem scientiam in specie, [illegible], nam omnia quæ magis vel minus abstrahunt a materia derivantur ex aliis principiis intra eandem abstractionem a materia singulari, [illegible] vel minus non variant speciem, quo major vel minor [illegible] causat diversitatem specificam in [illegible]

Dicendum ergo prima sententia namque specifica scientiarum
sumitur ab diversa immaterialitate, quae constituit diversum
obiectum et totum, quod si maior vel minor abstractio devenit ex
longiori principio, sive distinctio in abstractione, quod tum
principijs, quod si abstrahit principia differunt in immaterialitate
realitate erit specifica scientiarum distinctio; meum
autem iudicium utramque scientiam late probabilem
iudicat, intra eandem scholam eligat unusquisque quam
sibi voluerit.

nihil deficit.

Finis autem huius [illegible] distinguitur a fine logicae quia contemplatio
veritatis est finis [illegible] speculativae scientiam speculativam finaliter
[illegible] finis [illegible]. Circa methodum dico [illegible] in [illegible] obser-
vavit methodum [illegible] attrahendae scientiae [illegible]
Arg. 2o causę principales habent sufficientem virtutem ad suos effectus producendos, ergo non indigent concursu causę primę in sua operatione; consequentia patet, aliàs causę secundę non essent causę principales; antecedens probatur; nam causę secundę principaliter continent suos effectus formaliter, ergo non indiget concursu Dei in sua operatione; confirmatur, nam si Deus concurreret cum 2a causa ad suam operationem concurreret eadem actione vel diversa; non eadem; nam eadem actio nequit provenire a duobus agentibus totalibus; nec diversa actione, quia sic haberet distinctum influxum, et diversum effectum ab actione creaturę; ergo Deus nullo modo concurrit cum creaturis in sua operatione.

Rx ad arg. concedo antecedens, nego consequentiam, et ad probationem dico solum esse de ratione causę principalis admittere consortium alterius causę eiusdem ordinis; si enim essent causę partiales, non vero esse de ratione causę principalis admittere consortium alterius causę diversi et superioris ordinis, et ita concursus Dei in operatione creaturę consideratur, tum quia causa est totalis, tum quia effectus nominem proprius est Dei, quam creaturę.

Rx ad confirmationem quod concursus Dei est idem cum actione creaturę, quia tendunt ad eundem effectum producendum; et ad probationem in contrarium dicendum; eadem actio nequit provenire a duobus agentibus totalibus et eiusdem ordinis, concedo; a duobus agentibus totalibus ordinis diversi et inter se subordinatis, nego; in causis enim subordinatis et diversi

ordinis, etiamsi quaelibet sit totalis, nec excludit aliam causam diversi ordinis, quia cum totalitas solum petit quod in suo ordine totus effectus illi correspondeat

Dices: actiones vitales et liberae provenientes a causa 2a libera non procedunt a Deo, ut sub ipsis libertatis formalitate, ergo ipsae causae sub hac formalitate non indigent concursu Dei; antecedens probatur dupliciter, primo nam actiones vitales et liberae debent esse a principio intrinseco, sed Deus non est principium intrinsecum harum actionum, ergo non concurrit ad illas: 2o nam actiones peccaminosae quatenus tales non sunt a Deo, ergo causa 2a non dependet a Dei concursu in omni sua operatione, et confirmatur, nam Deus non concurrit cum causa materiali et formali, alias reciperet et actuaret, ergo talis causalitas materialis et formalis non dependet a Dei concursu

R. quod licet entitas positiva quae inveniuntur in illis actionibus sint a Deo, ut quidam ab illo producuntur licet reduplicative quoad denominationem vitae et libertatis non sint a Deo, sed a principio intrinseco illas eliciente: similiter entitas positiva actus peccaminosi a Deo procedit sub formalitate entitatis, non vero sub formalitate malitiae et privationis debitae rectitudinis. = Similiter ad confirmationem: Deus concurrit ad causalitatem formalem et materialem effectivo concursu attingendo entitatem eius realem, quod in illis causalitatibus non materialiter recipiendo, vel formaliter actuando.

Q. 2a

V. Deus applicet causas 2as ad operandum = praevia physica motione =

Pro dilucidatione difficultatis, in qua inquiritur an praeter concursum simultaneum Deus habeat alium concursum praevium ante operationem creaturae, ut praemoveat et praedeterminet causam 2am ad operandum; notandum est hic non esse sermonem de concursu conservativo Dei respectu creaturae, cum enim iste hunc concursum praesupponendum esse ad operationem creaturae, eo quia causa 2a non potest operari nisi esse illius ad conservetur per antecedentem concursum, ad illum qui simultaneus appelatur.

Notandum est 2o aliud esse operari cum aliquo, aliud vero esse operari in aliquo, nam ad primum illum desideratur concursus simultaneus in operando, ut patet in duobus portantibus pondus unum, nam quilibet operatur cum alio, ad 2um vero requiritur non solum concursus simultaneus, sed etiam praevius, quo agens in alio movet illum ad operandum omnibus praesuppositis requisitis ut operetur, quantum est ex parte suppositorum.

Sit conclusio, praeter concursum simultaneum, quo Deus concurrit ad operationes causarum secundarum, requiritur ulterius aliqua physica praemotio divina ad operationem, qua praemotione causa secunda praedeterminatur ad operandum, haec est divi Thomae, omniumque thomistarum, et constat ex Philosopho 8 physicorum, textu 33, ubi loquens de causa 1a et 2a ait, utrumque igitur movere dicimus, et primum et ultimum, sed magis primum, illud enim movet ultimum, sed non hoc ultimum primum, et sine 1o ultimum non movebit, illud tamen sine hoc, ut baculus non movet homine non movente, ubi ponit Philosophus distinctionem inter causam primam et secundam, licet enim utraque moveat et ambae producant effectum, tamen causa 1a movet secundam ad operandum, non vero secunda

Dices 3o, ideo Deum movere causas 2as ad operandum quia simul cum illis simultanee concurrit. Sed contra est probabilis; nam Deus per solum concursum simultaneum non movet causam 2am ad operandum, ratio est, nam simultaneus concursus non influit in causam, sed in effectum, quia tantum est illius tendit ad producendum effectum, sicut influxus unius portantis lapidem cum alio est solus influxus in lapidem, ergo prima causa 2am movet, talis motio erit ante operationem causae, ut determinetur ad operandum.

Dico pro, ubi fundamentali, nam Deus non solum est causa actionis creaturae prout est ab ipso Deo, sed etiam est causa eiusdem actionis prout egreditur a causa 2a, ergo Deus non solum causat realiter illam actionem, sed etiam facit quod causa 2a operetur, ergo non solum concurrit Deus simultanee cum causa 2a, sed etiam per concursum praevium praedeterminat illam ad operandum, antecedens probatur, nam illa actio prout est a causa 2a est aliquid creatum inventum natura existens, ergo talis actio etiam causatur a Deo prout est a causa 2a; prima consequentia patet, nam idem est quod actio illa prout a creatura sit etiam a Deo, ac quod Deus faciat actum quod creatura operatur.

Confirmatur, nam per concursum simultaneum nullus praemovetur ad operandum, ergo requiritur praevius concursus, antecedens probatur, nam ille concursus praemovet ad operandum, qui movet causam ante operationem per influxum in causam et non in effectum, sed simultaneus concursus non est ante operationem, sed simul cum illa, neque influit in causam sed in effectum, ergo concursus simultaneus non movet ad operandum

Conff. 2° Si Deus non promoueret causam secundam ad operandum, causa secunda esset primum se mouens, et primum se determinans, hoc est falsum, ergo id ex quo sequitur, pariter sequella, nam causa quae non mouetur ab alio ad operandum est primum se mouens, sed in nostra sententia causa 2a non prae mouetur a prima ad operandum, ergo causa 2a erit primum se mouens, sed implicat dari plura prima prima in ordine operatiuo, ergo implicat quod causa 2a non praemoueatur a prima

arg. 3° pro contraria sententia quam defendit Suarez cum omnibus Jesuitis affirmantibus praeter concursum simultaneum non dari alium concursum praeuium, et sic procedit, si Deus daret hunc praemotio maxime propter subordinationem essentialem dependentiam quam habet causa 2a a Deo in operando, sed operatio non sufficit, ergo intentum; minor probatur, ad saluandam dependentiam essentialem sufficit concursus simultaneus Dei, sine quo causa 2a nequit operari, et sufficit quod actio creaturae essentialiter sit a Deo tanquam a causa prima et denique quod possit Deus impedire operationem causae secundae denegando concursum simultaneum, ergo superfluit phisica praemotio, et concursus praeuius

R. conc. maj. n. min., et ad probationem dico quod per concursum simultaneum solus effectus dicitur pendere a Deo, minime ipsa causa secunda, quia at causa 2a debent dependere a Deo, et illi subordinari in agendo, quia 2a causa accipit a Deo esse primum actuale et determinatum operandi, ideo praeter concursum

Simultaneum debet dari praemotio et determinatio ad operationem, quae cuique causae tribuitur a Deo ditata

arg. secundo, ignis v.g. generans alium ignem se habet ut causa principalis illius, quia habet totam virtutem quae desideratur ad effectum producendum, et omnes conditiones ad id requisitas, ergo causa necessaria non indiget aliqua praedeterminatione ad operandum, ans. patet, cons. probatur, nam praedeterminatio ad operandum est propria alicuius instrumenti quod non habet virtutem sufficientem ad effectum producendum, sed causa principalis habet sufficientem virtutem, ergo non indiget praedeterminatione ad operandum.

Conf. nam causae naturales et necessariae ex se sunt omnino determinatae ad operandum et causae liberae determinantur a sua operatione, ergo non indigent praevio concursu a quo determinentur.

R. ad arg. conc. ant. neg. cons., et ad proba. dico, deberi instrumentum esse praemoveri non utcumque, sed ad effectum excedentem se, cum quo ignis non elevatur per praemotionem ad effectum excedentem virtutem illius, ideo etiam est praemotus a Deo habet rationem causae principalis secundae.

R. ad conf. quod causae naturales sunt determinatae ad producendum in specie, ut ignis determinatus est ad producendum alium ignem, sunt tamen indifferentes ad producendum in particulari hunc vel illum ignem, et ut tollatur similis indifferentia necessario requiritur praemotio, quae dat hic et nunc operari; operatio vero causae liberae non determinat, sed sit

quod indiget determinatione, q° causa 2a liberam
determinatur a nuda operatione,

3° arg. nam premotio quando
ponitur vel ē qualitas permanens, vel ē aliquid per
modum [illegible] attendentis ad producendum effectum, sed
nullo ex his modis causa 2a potest determinari ab illa, q°
superfluit, minor pbr, nam si ea sit qualitas permanens
vel aliquid [illegible] equidem natum, q° debet determi
nari ab alia premotione, q° vel datur processus in in
finitum, vel talis premotio est superflua

R. quod illa premotio non indi
get alia predeterminante, ut causa 2a operetur, non
enim datur processus in [illegible], neque actionis actio,
bene tamen causa 2a premotione indiget, quia non
[illegible], et inde determinata est.

arg. 4°, nam si daretur phisica
premotio non posset accidentaliter separari ab actione creature,
sed concursus [illegible] potest separari saltem divinitus
ab actione creature, q° non datur premotio phisica. maior
[illegible] patent, et minor pbr; nam phisica premotio si daretur
esset prior nata, et independens ab actione creature, sed quod
e prius et independens ab alio, potest ab illo separari, q°
intentum = Confir. nam si deus premoveret voluntatem
ad suos actus, premoveret illam ad peccandum, sed deus
non ē causa peccati, q° repugnat phisica premotio, pbr. sequ.
nam deus premoveret voluntatem ad materiale peccati, non
malitia identificatur cum materiali [illegible] illius, q° premo
veret voluntatem ad peccandum

Ad arg. n[ego] min., et ad prob. dico quod illud quod ita est prius alio ut simul habet necessariam et infallibilem connexionem cum illo nequit etiam divinitus separari ab alio, et talicet praemotio efficax sit prior et independens a creatura, quia tamen habet infallibilem connexionem cum operatione creaturae quae procedit a voluntate Dei voluntate, ideo praemotio nequit separari ab operatione creaturae.

Confirmatio arguit exagitatam difficultatem gravissimam a nostris Salmanticensibus profunde elucidatam tomo 1° in primam part. in materia de voluntate Dei, prout tamen licet pro R.° n.° singular. et ad prob. dico, quod licet malitia deformitas peccati identificetur cum entitate et materiali illius, non ideo causa Deus ad peccatum, licet materiale illius praedefiniat, ratio est quia nullo pacto potest causare quod est extra ambitum adaequatum, sed malitia peccati est extra ambitum adaequatum divinae voluntatis, quamvis Deus praedefiniat materiale peccati materialiter sumptum non ideo erit causa peccati; patet etiam exemplo a motu divino circa suam omnipotentiam, quae dicit necessariam connexionem cum creaturis possibilibus, et tamen invent. Thomistarum Deus non amat creaturas possibiles quamvis entitas et malitia peccati identificentur potest a Deo praedefiniri illa entitas ut entitas est, non vero malitia peccati.

50 arg. Haec praemotio repugnat cum voluntate libera ut libera, quoniam impossibilis, ergo etc.; nam haec praemotio destruit libertatem voluntatis, quoniam potest dari in voluntate ut libera, ergo etc. posita praemotione in voluntate ad actum amoris divini repugnat poni a voluntate oppositum illius, scilicet odium, quoniam cogitur velle amare, quod tollit eius indifferentiam et libertatem, quod est contra fidem.

Resolutione huius argumenti, quod a liberis est ab instituto philosophico constat semper compositi et divisi discu[r]sionem iuxta veram intelligentiam quae dependet ex notitia propositionis modalis; propositio modalis dicitur talis a modo, ut in summulis docemur, atque duplex propositio modalis, alia composita seu modalis dicto, quae facit sensum compositum, alia divisa, seu modalis de re, et facit sensum divisum; tunc propositio modalis de dicto facit sensum compositum, quando dictum subiicitur et modus praedicatur, ut praedestinatum condemnari impossibile, quae propositio vera est quia negatur posse componi actualem praedicationem cum improbatione actuali, quia propositio composita unit extrema dicti quoad significatum finale pro eodem tempore.

Tunc propositio modalis divisa, seu de re facit sensum divisum, quando modus interponitur partibus dicti, ut praemotus a deo ad amorem potest non amare, vel praedestinatus potest condemnari, quia propositio divisa unit non solum extrema dicti in quoad significatum finale pro eodem tempore, sed significatum finale dicti unit significatum materiale subiecti, ut in hac propositione album potest esse nigrum, vel praemotus a deo ad consensum potest dissentire.

extrema autem dicta, seu subiecti, vel importent actum secundum
utri dicas premotum dissentire premotum ad consensum directe
directe possibile, quia propositio facit sensum compositum et fallacie etiam
possibilis, et universaliter, omnis propositio faciens sensum compositum
fallacie impossibilis est, vel extrema dicti significant actum
primum v.g. visibile in effluente possibile, quia propositio vera
est, quia affirmativa, et quia aunitur duas potentias simul in
eodem subiecto; vel unum extremum dicti significat actum
secundum, et aliud extremum significat potentiam, et
tunc propositio constans his terminis est divisa, vera, et possibilis, v.g.
videntem posse flere est possibile, cuius sensus est posse componi cum
actuali visu potentiam ad flendum, non simul sed divisive.

Utrum igitur in voluntate, vel qualibet
potentia simultas potentiae, nec vero potentia simultatis, quibus terminis doc
tissimi Capreoli Thomistae principes, simultas potentiae nihil aliud
quam dualitas potentiarum ad duo actus specie diversos ha
bendos in eadem potentia, non simul pro eodem tempore, sed divisive
in diverso tempore; potentia vero simultatis est possibilitas plurium
duarum pro eodem tempore et in eodem subiecto actuum
actibus simul specificandarum, quod est impossibile ut
patet in hac propositione praedestinatum damnari possibile, cuius
sensus est, possibilis est simultas specificationis praedestinationis
et reprobationis pro eodem instanti in eodem subiecto, quod
falsum est, bene tamen est possibilis simultas potentiae in eodem
subiecto.

R. ad arg. in forma neg. ant. et ad prob. dist. ant.
posita praemotione in voluntate, ad actum amoris repugnat poni
oppositum illius, nempe actum odii in sensu composito cum indivisibili nat.

Si autem in voluntate creata praedeterminata sic stari dicendum tale ad illum amorem respondit conjungere odium cum amore, quod etiam sequitur ablata praemotione propter incompossibilitatem actuum, tamen ut praemota ad unum ad amorem potest amare individuo ...

Primo quaeres Utrum praemotio sit aliquid physicum vel morale. Resp. esse aliquid physicum relictum in causa a praemotione, quam determinatur voluntas ad operandum, itaque thomistae ... qui considerant concursum supremum ... imperium morale movere causas ... ad operandum, ... nam ex illo imperio morali vel resultat aliqua mutatio ad extra in creatura, vel non, si resultat, ergo non solum morale imperium, sed physicum motio realis causarum mutationem ... si non resultat mutatio, ergo ... intrinsecum ... immutatum manet sicut antea; ergo indifferens ... terminata intrinsece manebit causa ad operandum.

Secundo quaeres Utrum hoc physicum movens ... qualitas tribuens causis secundis virtutem ad operandum in actu primo. Resp. quod ... praemissi non qualitas permanens in creatura tribuens ... actus primi, nam praemotio ... in causa secunda per modum actus primi ad producendum effectum ... motione causa tribuens ... per modum actus primi ergo praemotio qualitas per modum motionis qua virtus creata ad suam operationem applicatur, per quam ... indifferentia, ut praedeterminatio, ... libertas ad operandum; Cuius praemotionis ... actus ...

Aplicatio actus primi ad actum secundum.

Disp. VI. de causa instrumentali

q. 1 V; Instrumentum indigeat aliqua motione praeuia a causa principali acepta

Pro dilucidatione q[uaestio]nis nota, quod instrumentum sumitur dupliciter late et improprie pro uirtute operatiua causae principalis, quae vulgo appellatur instrumentum propter quandam similitudinem quam cum rigoroso instrumento, quia uirtus principalis agentis, ea illa operatur in ordine ad effectum nobiliorem se; 2° sumitur proprie et stricte, pro eo quod agens principale assumit ad operandum, ut in instrumentis artis ad extrinseca quaedam artificiosa opera; differuntque instrumenta inter se; nam instrumentum late sumptum supponit uirtutem radicalem subiecti, vero proximam et formalem, instrumentum uero proprie sumptum supponit uirtutem radicalem et formalem cui instrumentaliter deseruit.

Nota 2° quod instrumentum est triplex, naturale artificiale et supernaturale; naturale est quod instituitur a natura ut ille deseruiat ad effectum producendum, ut semen alicuius ad producendum aliud; artificiale est quod instituitur ab arte ad opus artificiale efficiendum, ut penicillus ad pingendam imaginem; supernaturale est quod determinatur a Deo ad aliquod opus excedens vires naturae, ut sacramenta novae legis sunt instrumenta ad gratiam producendam; quo praemisso procedit dubium de instrumento naturali sumpto proprie et stricte, nam certum est instrumentum indigere motione praeuia ad productionem effectus, sed solum de conexione dubitatur, sed procedit [illegible]

Dic ad affirmativam cum inter thomistas nempe cum colleg. et bannes a S. Thoma; et constat auth. D. th. 3 p. q. 62 art. 10. ubi ait instrum. non operatur nisi virtute causae principalis agentis. Probatur; nam instrum. non habet sufficientem virtutem ad producendum effectum, nisi ut elevatur a virtute agentis principalis, et non potest elevari nisi recipiat in se aliquam virtutem, quam debet acquirere ut eas recipiens motionem principalis agentis, maior constat, minor; nam instrum. de se impotens nisi aliquid superaddatur, quo ex se manebit cum eadem impotentia; ergo si elevatur recipit in se aliquam motionem.

— Contradicitur: instrum. elevari per coniunctionem et coordinationem ad causam principalem, per coniunctionem non aliquam virtutem recipiat in instrum., unde ad elevationem requiritur motio principalis causae principalis. Sed contra; nam haec coniunctio et subordinatio ex parte instrum. nam per illam instrum. denominatur realiter, ut motum esse, quo subordinatio et coniunctio non dicat instrum. ad effectum, quem ex se causare non potest, ergo patet. Prob.; nam causa imperfecta ad aliquem effectum, intrinsece manet impotens sicut antea, ab extra subordinatione non potest mutatio intrinseca provenire; ergo talis subordinatio elevat instrum.

a 2a. Concl. Contraria sententia affirmante Suarez concursum simultaneum causae superioris in instrum. naturalibus, in supernaturalibus vero scholae post [illegible] supernaturale Dei, quam sententiam defendit Suarez cum pluribus aliis. Prob.; nam deberet instrum. non recipere motum a causa principali, quod requiritur in instrumento

Primo ad operandum, arguitur; nam agere ut motum ab alio potest convenire causae principali, nam piper, et vinum non calefaciunt nisi prius moveantur a calore sthomachi; ergo debet instrumentum agere ut motum a principali agente; confirmatur nam causae secundae principales agunt ut motae a prima, et tamen non amittunt rationem causae principalis; ergo agere ut motum ab alio non debet instrumentum et constituere motionem praeviam superflua.

Respondeo ad antecedens argumenti negando antecedens ad probationem dico argumenti; agere ut motum ab alio convenit principali causae ita ut hujusmodi motum dicat rationem causandi in ea illa a qua movetur negando; si dicat conditionem requisitam ut utique principales operentur concedo, unde piper et vinum non habent virtutem calefaciendi a calore sthomachi, qui requiritur ut conditio, sed a sua intrinseca virtute calefactiva. Respondeo ad confirmationem negando causae principales secundae agunt ut motae a prima, quia talis motio tribuat virtutem in actu ad producendum effectum nego; quia tribuit applicationem et determinationem talis virtutis quae non opponitur principalitati causae earum, taliter autem movetur a causa superiori instrumentum, ut ex vi praemotionis virtutem proximam acquirat ad producendum illud quod ex se non poterat.

Arg. 2o; virtus data instrumento per motionem vel proportionata effectui, vel non, si hoc ergo erit improportionata fiat in [illegible] infinitum. Si primum ergo illa virtus habet causam principalem, ergo [illegible], nam virtus proportionata effectui causa principalis illius, quod instrumentum habet

Proportionatam virtutem ad effectum erit causa principalis illius. Respondeo ad primam partem antis, virtus proportionata dicendum propor-tione causae principalis supponentis causam principalem aequalem virtute non supponentis causam principalem sed desordinatam neque; illa virtus instrumenti non constituit illud causam principalem, quia est proportionata lineam instrumenti.

arg. 3o, nam semine brutorum generan-tur, et tamen non agit nisi motum ab illo, quo relinquitur instrumentali qua principaliter motum; namque ipsa virtus seminalis attingit ipsum non ad actum generandi, ergo semen non agit motum a generante. Respondeo negando, et ad probationem dico instrumentum tandem moveri ab agente principali, quia retinet virtutem ab illo impressam sicut sagitta movetur a projiciente, dum eius perseverat et impulsus projicientis, ita semen movetur ab actu generandi dum remanet virtus impressa a generante. Verba sunt divi Thomae.

arg. 4o Sacramenta novae legis sunt instituta ad causandam gratiam, et tamen non recipiunt aliquam praeviam motionem ad talem effectum, quia intrinsece; nam illa motio praeviam et aliqua virtus corporea spiritualis, vel corporea, quia improportionata ad effectum spiritualem, nempe gratiam, nec spiritualis, quia nequit recipi in subiecto corporeo quale est sacramentum, ergo nulla motio.

Respondeo negando minorem; et ad probationem dico illam virtutem esse spiritualem, ad instantiam dico cum Thomistis quod virtus spiritualis incomplete et per modum motus potest recipi in subiecto corporeo, ratio est nam corpus praeter entitatem corpoream habet potentiam obedientialem per quam corpus assumit et elevatur ad effectus spirituales producendos, ita potest virtus spiritualis in subiecto corporeo subiectari

* Q; 2ª;

Quaeritur in praesenti post resolutionem instrumenti adaequandam deturne in ipso instrumento aliqua virtus propria ad actionem, ut dicitur, a causa principali, an vero etiam si instrumentum omnino nihil agat per propriam virtutem dicatur instrumentaliter operari ex illa impressione principalis agentis.

Dico affirmative et cum Interpretibus communiter, constatque ex auth. divi Th. 1 p. q. 45. art. 5 dicentis causa instrumentalis non participat actionem causae superioris nisi inquantum per aliquod sibi proprium dispositive operatur effectum principalis agentis; quo in instrumento est aliqua propria virtus ad effectum principalis agentis.

proemium* q.ª 2ª; V; in nostro instrumento detur aliqua virtus ad effectum principalis agentis

Probatur, nam actio alicuius etiam ut instrumenti petitur egrediatur ab eo, ergo requiritur aliqua virtus in instrumento a qua aliqua actio instrumenti egrediatur, antecedens patet, nam actio alicuius est actio, quae egreditur ab illo cuius est; probatur, nam si ab instrumento non egrederetur actio instrumentum otiosum maneret; = sicut instrumentum immanere otiosum, nam licet nihil ab eo fiat per propriam virtutem fit tamen aliquid per virtutem principalis agentis; = sed contra, nam si instrumentum non ageret per virtutem propriam, nec minus dici aliter deservire principali agenti, eo quod ipse recipiet virtutem principalis agentis mere passive se habendo;

a.q. primo praecedentia sententia quam defendit Suarez cum (...) multis, nam multa sunt instrumenta in quibus non apparet aliqua virtus propria praecedens instrumentum habentem talem virtutem, ergo patet;

Sigillum imprimens figuram in cera non habet talem proximam virtutem, et quamvis phantasmata attingunt ut instrumenta productionem speciei intelligibilis, et tamen videtur virtus aliqua praevia ad productionem talium specierum, non species spiritualis, phantasmatum corporeum, quod intentum.

R. ad 1um arg. et ad primam prob. dico quod duritiem, et gravitatem sigilli se habent ut virtus praevia per quam comprimit ceram, et figuram imprimit in illa. ad 2am prob. dico, quod phantasmata vulgo dicitur instrumentum ad productionem speciei intelligibilis, in rigore tamen non est instrumentum, sed causa concurrit, quia debet esse illuminata et abstracta, ut intellectus agens producat speciem.

Arg. 2o; nam omnis actio instrumenti identificatur realiter cum actione causae principalis, quod est praevia virtutis in exemplo, ars patet; nam actio cindendi incurvae identificatur cum actione artificis. ∴ Confirmatur; nam sacramenta Ecclesiae causant physice gratiam in anima, et tamen non causant aliquid praevium in anima ad introductionem gratiae; quod debent instrumenta habere virtutem praeviam, minor patet; nam sacramenta sunt corporalia, et gratia vero spiritualis, sed corporeum non potest causare quod spirituale, ergo sacramenta non causant aliquid praevium ad introductionem gratiae.

R. quod actio instrumenti aliquando est praevia et realiter distincta ab actione principalis causae, ut ablutio corporis et productio gratiae in baptismo; aliquando vero actio instrumenti est praevia et virtualiter distincta ab actione principalis causae, quia sic producta sunt realiter distincta, ut ipso faber conficit cathedram conceptionibus actio cindendi praevia virtutem artificiariam.

Pro solutione difficultatis nota quod licet Deus diuinam utitur instris, quia non eget illis ad operandum, tamen dicendum requiritur quod instrumentum operetur aliquem effectum proprium in subiecto in quo introducitur effectus principalis agentis, sed sufficit quod instrumentum exerceat aliquam operationem conducentem ad principalem effectum; et ita infra Res. ac 2.º maioris, n.º 6am; non requiritur quod sacramentum operetur in anima aliquem effectum proprium praeter effectum principalis agentis, nempe gratiam, et ideo ut ualeatur principaliter in sacramentis, sufficit operatio aliquo modo conducens ad principalem effectum, ut in sacramento baptismi ablutio corporalis ad expurgandam animam a peccato originali. = Disp. Sep. =

de causa finali

Q.ª prima, quid, et quotuplex sit finis &c.

Definiuit Phil. finem in hoc 2º lib. dicens id cuius gratia aliquid fit, quae definitio duo includit, nempe finem propter quem amantur alia propter ipsum finem, nam finis propter suam bonitatem mouet agentes ad operandum, propter cuius finem bonitatis ceterorum omnia amantur, ut infirmus agit sanitatem protervus, ut propter consecutionem sanitatis sumit potionem amaram. primo diuiditur finis in finem cuius gratia, et finem cui; finis cuius gratia est bonum propter finis persecutionem operatur elementum ut amaram vg. finis cui est subiectum cui desideratur bonum illud, ut homo cui sanitas desideratur; 2º diuiditur finis in totalem et partialem; totalis est qui ratio consecutionis, finis partialis est [illegible] per finis partem, ut duplex finis totalis est beatitudinis, vel [illegible] finis totalis per quam [illegible].

3º dividitur in ultimum, et non ultimum; ultimus est ad quem alia ordinantur, et ipse non ad alium ordinatur ulterius; non ultimus est ad quem alia ordinantur, et ipse potest ad alia ordinari, qui finis vocatur etiam intermedius; 4º dividitur finis in finem operis, et operantis; finis operis est qui ducitur ex ipso opere, consequitur tribuere eleemosynam propter deum; finis operantis est quem dicitur operi, seu ex intentione operantis, quia assumit sibi ut finis quod vult finis est, ut ii qui acquirunt scientiam propter divitias.

92º; quid constituat causam finalem in actu primo

Sit 2c, bonitas quae reperitur in fine constituit causam finalem in actu primo, ita communiter Thomistae et philosophi; 2º non malum quia formaliter malum sub ratione mali potest habere rationem finis ut movere voluntatem, ut non est rationem finis, id est cuius gratia aliquid fit, sed malum sub ratione mali non est id cuius gratia aliquid fit, ergo malum sub ratione mali non constituit causam finalem in actu primo, et econtra bonum sub ratione boni constituit causam finalem in actu primo; maior et consequentia patent, minor probatur; nam malum sub ratione mali est inappetibile, et disconveniens naturae, ergo malum sub ratione mali non movet voluntatem, neque constituit finem in actu primo.

Dices contra, nam damnati et qui se occidunt appetunt non esse, sed non esse habet rationem summi mali, ergo sicut bonum, sic etiam malum sub ratione mali habet rationem finis; = Respondeo negando minorem; quia non esse non est absolute appetibile, et aliculus miseriis, non cuiusque non esse sit bonum, et appetibile; unde damnati, et qui se occidunt non esse appetunt, ut mala vitando quae patiuntur, et ita quod reduplicatione mali dicitur non esse non habet rationem finis et boni.

2º obiicies actus odii ut sic est actus verus voluntatis, sed per odium non prosequimur bonum ut bonum, sed malum ut malum, ergo ad actum odii movetur voluntas, a malo sub ratione mali, tanquam a fine = Respondeo quod malum movet ad actum odii non ut malum est, sed in virtute boni amati vg. odio habetur infirmitas, quia opponitur sanitati quae bona est, et ita bonitas quae in sanitate opponitur, est causa odii erga infirmitatem.

Quaeres quae sit bonitas constituens causam finalem in actu; Respondeo quod bonitas constitutiva finis in actu non est bonitas transcendentalis quae est passio entis, et ut conceptus absolutus, sed est bonitas relativa ad alterum, ratione namque finis est cuius gratia aliquid fit, ergo bonitas finis constitutiva debet esse convenientia et relatio respectu illius quod fit propter perfectionem, ergo bonitas finis relativa ad alterum dicitur.

Q. 3. V. apprehentio pertineat ad rationem finalez finis

Praesuppositis intelligentiae motu quod dicit voluntas tendat in aliquem finem, debet prius proponi et manifestari finis ab intellectu, eo quod voluntas est potentia caeca, et ideo indiget potentia cognoscitiva praeponente bonum ad quod inclinatur, unde emanavit proverbium, nihil volitum quin praecognitum, quod supponi dubitatur, v. non solum bonitas finis, sed etiam apprehensio et illius cognitio pertineat ad causalitatem finalem.

Sit 1. sola bonitas finis non vero apprehensio et cognitio illius constituit causam finalem, ita communiter Thomistae contra Suarez, nam illud est ratio finalis formaliter quod movet et allicit voluntatem, sed sola bonitas finis

ni uero apprehentio mouet uoluntatem ergo quo cognitio est ratio fiali[s] finalitandi, quermin, nam similiter q. mouet uoluntatem infirmi ad suum amorem, ni uero etiam cognitio, nec propter bonitatem ut cognitam, similiter infirmus amarum praetionem sed propter bonitatem illius ut homini conuenientem, quam cognitio, sed bonitas causam finalem constituit, = Conff.r nam finis est in ibi ea appetibili, sed apprehensio non est in ibi ea appetibili, ergo apprehensio non constituit fialiter finem; minor p[atet], nam apprehensio est in ibi ea cognoscitiua, quae est in ibi ea appetibili habet quod apprehentio ut necessaria dicitur conditio sine qua bonitas quo, quia uoluntas non tendit ad incognitum, quod bonum quod absolute et naturae necessario dicitur cognosci ab animo, ergo proprie uoluntati.

arg. ultimo propositio tenta, namdatur cognitio quae mouet uoluntatem ad suum amorem, quae ergo ratione sola conditio, sed ratio fialis finalitandi, arg. p[ri]or, nam in intenta est vlt. beatitudo fialis constituit in actu intuitiuo et hac non mouet uoluntatem nostram ad suum amorem quo intentum = Conff.r nam finis mouet uoluntatem in quantum cognitus, quo cognitio habet ut conditio, sicut ratio fialis finalitandi.

ad arg. R. [ad] 1. arg. ita dist. prius, dico quod uisio beatifica non finis habet in quantum uoluntati proponitur ut bona; ut uerbo quamquam quod dub. procedit cognitione propter ante. Item uoluntati, ni uero de cognitione praeposita, ut uisio beatifica = ad Conff. R. ad arg. finis ut cognitus mouet uoluntatem, sibi ut cognitus dupl. cit. supra cognitionem, tanquam supra rationem formalem n. tanquam supra conditionem ergo arg.

2earg. diuersitas

quo apprehensio pertinet ad rationem finalem finis, eo patet, nam diuersitas specifica reperta in actibus qui sunt ad finem diuersis in ratione finali finalizandi, ... quia nam idem bonum apprehensum, ut absens, causat desiderium, ut praesens, causat gaudium = R. dominai, diuersitas specifica cognitionum refundit diuersitatem specificam in actibus uoluntatis quia est tanquam ratio finalis talis ... ut conditio applicans obiecti finalia ... unde licet obiecti apprehensio sit conditio ... tandem illa mediante potest dari aliquod principium finale finalizandi quia proponeret uoluntati diuersam rationem finalem mouendi, et quia bonitas uoluntatis applicatur per diuersas apprehensiones boni absentis et praesentis, ideo causatur specifica diuersitas in actibus uoluntatis.

Q. 4.

quae sit causalitas finis, et eius efectus

Pro intelligentia dubii notandum causalitatem finis in terminis ... aliquid metaphoricum, non quia non sit realis causalitas, sed quia finis non mouet efficiendo, sed limitando per suam bonitatem, et hoc modo dicitur metaphorice mouere, quia ad imitationem motionum causae efficientis,

Sit 2°, modo, quo finis dicitur causare est attractio finis, ut ab eo eliciatur uoluntate, se ... habens ex parte finis ut appetibilis, ut ... auth. d. Thom., q. 22 de ueritate, art. 2, ubi ait, sicut influere causae efficientis est agere, ita influere causae finalis est appeti et desiderari, quo causalitas finis est actus uoluntatis prout ... tendens a fine ut appetibile.

rationequi, nam finis in actu finalizat ut quod amabile et appetibile, quod reductio in actu huius appetibilitatis est causalitas finis in actu 2o, sed appetibile reducitur ad actum 2um, per appeti actualiter, quod causalitas finis in actus voluntatis prout passive pendent a fine.

Circa partem 2. dubii dico quod effectus finis sunt media et actiones externae circa eadem media, quibus finis consequitur, ratio est nam illud est effectus finis, quod fit gratia ipsius, sed media sunt propter finem et gratia ipsius, quod media et actiones circa ea sunt effectus finis.

arg. 1o causa finalis est causa realis, ergo eius causalitas debet esse realis, sed esse actu amatum vel appetitum non est quid reale, sed denominatio extrinseca, quod causalitas finis non est actu amari. Resp. arg. dico quod eius causalitas est realis prout realis concedo, prout est realis distinguitur a essentia realis intentionalis, nego consequentiam, quia cum finis causat media cognitione, et cognitio est intentio finalis, ideo causalitas finis realis et intentionalis vocatur = admitto subsumptam dico esse amatum vel appetitum esse denominationem extrinsecam in ordine ad extra amantem, nunquam intrinsecum interiorem quae est realis nempe ipse amor passive ut a fine dependens.

2o arg. nam causalitas finis est moralis, et metaphorica, sed moralis causalitas non est quid physicum reale a causa emanans, quod causalitas finis non est actus voluntatis ut dependens a fine = R. quod causalitas finis est realis causalitas, quae requirit aliquid verum et physicum, per quod constitutive constituatur, quia est actus voluntatis ut a fine

Dices contra actus voluntatis constituit voluntatem in actu 2° causa, ergo in eo ipso ille causalitas finis connatur, nam causalitas efficiens et finalis differunt genere, ergo earum causalitates debent esse distinctae, ergo si actus voluntatis constituit illam in esse causae efficientis idem actus voluntatis non erit causalitas finis.

Respondeo dicendo, quod actus voluntatis non est finis causalitas sub eadem formalitate, qua est causalitas efficientis, et sub diversa formalitate non est identice, et materialiter idem actus actus voluntatis est causa efficiens et finalis, sub diversa tamen formalitate, nam actus amoris v.g. ex parte [illegible] voluntatem constituens in actu 2° causam efficientem, quia est actus elicitus a voluntate, etiam est causalitas finis, quatenus reddit illum amatum et appetitum.

Disp.° 8a de comparatione causarum inter se

q.° prima; v. causae ad invicem sint causae

Com. axioma philosophorum est causas esse ad invicem causas quod non intelligitur intra eodem genere causalitatis, quia causae intra eodem genus causarum petunt easdem conditiones; si ergo duae causae efficientes ad invicem essent causae inter se, utraque quae poterit existere ad causandum unum, et una non poterit causari ab alia.

Supponendum ergo quod inter omnes causas diversi generis datur causalitas mutua quod ad essentiale et existentiam, si partium ut patet in causa efficiente comparata ad causam efficientem, et finalem, nam efficiens communicat esse materiae et formae, et tamen materia et forma non communicant esse causae efficienti, quarum illam remanet

difficultas de causa materiali comparata cum finali et effi-
ciente comparata cum finali.

Sit 1a pro causis materialis et finalis sunt ad invicem causæ, nam materia et forma sunt causæ quæ mutuo realiter dependent ab invicem, quæ autem ad invicem causæ mutualiter, consistit, nam hic dependentia unius ad aliud et a quo habet esse tales causa, quæ autem causalitas ergo sunt; nam materia dependet a forma quantum ad informari, et forma a materia dependet tamquam a subiecto informante, quæ mutuo invicem dependent, et realiter sunt causæ ad invicem = Sit 2a pro causæ efficientes et finales etiam sunt causæ ad invicem; atque nam finis subtalis efficientis generationis subtalis, et homines causatur a ... in ratione causæ efficientis, ergo causæ efficientes et finales sunt causæ ad invicem.

arg. 1o; Si causa materialis et finalis causant ad invicem causis, sequeretur idem esse causam sui ipsius, quia, ut communiter dicitur, quod est causa causæ est causa causati, quod materia est causa formæ, et forma est causa materiæ, materia erit causa sui ipsius = Resp. 2o in quibusdam et ad 1 vel axioma, quod est causa causæ est causa causati si utraque causalitas sit in eodem genere etc. si in diverso genere secus, ut si calor ignis causat calorem in aqua in genere causæ efficientis, et rursus calor aquæ in eodem genere causaret calorem in manu, tunc inde ut calor ignis causaret calorem aquæ, et etiam calorem manus; cum ergo materia causet formam in genere causæ materialis, et forma causet materiam in genere causæ formalis informantis, inde fit quod materia non sit causa causati ..., neque causa sui ipsius.

2° obiicies, quod finis causat materiam supponitur finem esse, si quidem causat ut existat, quod eadem finis causatur a materia supponitur quod non habeat esse, quod idem habet esse, et non habet esse, quod causae sunt ad invicem causae. Ex quibus patet dicimus, non causare materiam supponi tur finis a materia in genere causae finalis, quod vero finis causatur a materia supponitur materia actualiter in genere causae materialis, quia quilibet causalis prioralia in suo genere, et ita respective in circumstantiam nempe causantis et causati, supponitur esse et non esse.

q. 2a. V, idem effectus a duplici causa totali eiusdem ordinis valeat produci

Primo supponendum est eundem numero effectum provenire posse a duabus causis partialibus, ut idem filius a patre, et matre, nec etiam idem provenire idem effectus a duabus causis totalibus, sed diversi ordinis, ut homo qui pendet a materia tamquam a causa materiali totali, et a fine tamquam a causa finali totali, idem effectus provenit a 1a et 2a causa, et ita quaeritur in titulo a duplici causa totali eiusdem ordinis, a generis: non tamen loquimur de causa materiali, et finali, de quibus illi, et aliunde, sed solum de causis efficientibus totalibus, et de causis formalibus, quae causis efficientibus correspondent.

~~actualibus loquendo sit 1a de idem effectus non possit a duplici~~
~~eiusdem causa totali efficiente, idem effectus non potest fieri~~

Sit 1a conclusio naturaliter loquendo, idem effectus produci non potest a duplici causa totali efficiente eiusdem ordinis, quia si, unus effectus idem posset sub unica unione totali, et principiis, quod cum natura abhorreat superfluum

Si tra 2º, nec de potentia absoluta potest fieri ut idem effectus fieri a duplici causa totali effectiva, cuius ratio fundatur in implicatione ex parte causæ, et ex parte effectus, ex parte causæ implicat ex parte causæ, nam esset causa totalis et non esset totalis, pro- nam causa producens totaliter produceret totum effectum et sic esset totalis, et quatenus relinqueret locum causalitati alterius causæ non produceret totum effectum totaliter, et sic non esset causa totalis;

implicat etiam ex parte effectus, nam sequeretur eundem effectum posse dependere et non dependere

sequel. ab aliqua causa, probatur, nam ab illa causa potest effectus dependit, a qua habet totum suum esse; sed a causa totali haberet effectum totum suum esse, ergo a causa totali posse dependeret effectus; quod autem non dependeret effectus ab eadem causa, probatur; nam effectus non habens connexionem necessariam cum causa, potest non dependere ab illa, sed effectus non habent connexionem necessariam cum aliqua ex illis causis totalibus, nam si non staret una causa, adhuc bene produceretur ab alia, quia est totalis, ergo effectus posset se dependere et non dependere ab aliqua ex illis causis.

Propositionem argumenti propositæ sententiæ, quam defendit Suarez, ut probabilem de potentia absoluta extra scholam divi Thomæ, et probatur; nam si duo luminaria applicarentur huic aulæ, quorum quodlibet ex se est sufficiens ad illuminandam aulam totam, non producerentur duo effectus, sed unum et eundem effectum, quia lux aulæ est unum, et tamen duo luminaria essent totales causæ, ergo duæ causæ totales possunt producere eundem effectum

R. In tali casu duo luminaria producunt eundem effectum eundem non ut agentia totalia, sed partialia, non quia quodlibet illorum non haberet sufficientem virtutem ad illuminandum aliud, sed quia ratione concursus unius luminarium modificatur alium in operando, cujus ratio est, quia concursus utriusque agentis attemperat, et modificat connaturaliter illius, ut tantum prævaleat virtutem, quanta satis sit ad producendum effectum simul cum consortio alterius, ut patet in duobus portantibus unum lapidem, quorum quilibet sufficiens erat, quia tunc unus moderatur virtutes alterius, ne illus totum effectum producat.

2º arg. non repugnat eundem effectum produci a duobus entibus supernaturalibus concurrente utroque totaliter in rationem entis, ergo non repugnat eundem effectum produci a duplici causa totali ejusdem ordinis, probatur aliquibus exemplis, si primum; quod duo sacerdotes simul consecrant eandem numero hostiam, tunc talis effectus producitur a duobus, vel pluribus, quorum quilibet sufficiens erat eundem effectum producere; sic secundum, quod duo sacerdotes absoluere simul eundem hominem, tunc unus non absolueret pænitentem ab uno peccato, et alius ab alio, sed quilibet erat sufficiens, ergo effectus potest procedere a duplici causa totali ejusdem ordinis.

Cujus argumenti solutio ex solutione primi patet, dico enim quod illi sacerdotes in utroque casu concurrere, ut in ratione totalia, non quia quilibet ex illis non haberet sufficientem virtutem ad eundem effectum prestandum, sed quia ratione mutui concursus ad quanta totalia conjunguntur in unica virtute instrumentali attemperata et modificata a ... [illegible]

~~[illegible]~~

Quaeritur. an idem effectus possit habere duplicem finem totalem, quod idem effectus possit produci a duplici causa totali, arguitur, nam potest quis deambulare gratia sanitatis, et gratia inveniendi amicum, et tunc propter quemlibet finem illorum illud opus exerceret, etiamsi alius finis deficeret, quod intenditur.

Respondetur, et ad propositum dico, quod illi duo fines vel non essent simpliciter ultimi, sed unus alteri subordinaretur, vel essent fines partiales unum finem totalem constituentes.

Q.ª 3.ª V. idem numero effectus possit diuisiue produci a duplici efficiente totali

Pro declaratione dub. nota duobus modis posse dubitari, an idem numero effectus procedat a duplici causa diuisiue, primo, quatenus ad eius productionem, 2° quatenus ad eius conservationem, v.g. an idem numero calor v.g. existens in aqua conservatus ab uno igne, possit conservari ab alio de novo applicato, et in hoc 2° sensu non procedit difficultas, sed tantum in primo, quod intelligitur tripliciter, primo an effectus habens esse permanens ab una causa, iterum producatur ab alia de novo applicata, 2° an effectus si semel productus corrumpatur, possit iterum ab alia causa produci.

Quoad primum ex his modis communiter reducitur implicare contradictionem, quod idem effectus a duplici causa producatur, nam si per primam productionem

habetene inrerum nata, et extrariea causas, quomodo possit intelligi, quod ab alia causa etiam si Deus sit pro ducij nomen. ∓ Imo 2º modo natalitur repugnat quod una causa creata producat eundem numero effectum iteraz coruptum, non tamen repugnat quod idem numero effectus productus a causa creata, etiam si coruptus sit, a causa increata reproducatur, ut patet in resurrectione hominis. Sit 3º, implicat etiam de pot. absoluta, quod idem numero effectus producatur divisiue a pluribus causis totalibus eiusdem ordinis, haec est omnium Thomistarum, et etiam divi Thome, qui licet in primo de pot. absoluta quem videerat, ex eius tamen verbis colligitur ut Comona sequenti, et probatur, nam actiones numero distinctæ essentialiter petunt effectus numero distinctos, igitur casu quo unus ignis v.g. applicaretur ad productionem caloris ut quatuor v.g. in aqua, si alius ignis applicaretur non produceret eundem numero calorem; patet cons. nam ignis qui denouo applicaretur ageret per actionem numero distinctam, ergo, probatur, nam actio essentialiter est fieri, ergo diuersæ actiones sunt diuersa fieri essentialiter petunt terminos numero diuersos, ergo idem effectus nequit produci a duobus agentibus applicatis diuisiue. Ergo primo probatur sententia affirmatiue etiam naturaliter esse possibile eundem effectum produci posse a duplici causa diuisiue, ita Suarez cum Scotistis et probatur, nam hic numero calor productus ab igne a con tinetur etiam in virtute actiua ignis b, ergo potest naturaliter po test produci ab igne b; ergo, probatur, nam ignis b excedit

imperfectione calorem productum ab igne a, Confir. nam calor productus ab igne a potest conservari ab igne b, ergo potest idem calor produci ab igne conservante, cons. patet, quam conservatio est vera illimitata et verus influxus a parte; nam calor productus in aqua ab uno igne, si applicatur alius ignis, eundem calorem conservabit non minus quam ignis primo producens calorem, ergo intentum.

ad arg. Resp. neg. ant.; et ad prob. dico, quod licet ignis b excedat imperfectione calorem productum ab igne a existente sequitur quod possit producere eundem numero calorem, sed alium calorem similem, quia virtutes operativae ignium habent similitudinem in operando =

Dices, in specie ignis est virtus generalis producendi quodlibet individuum, sed in quolibet individuo est virtus suae speciei, ergo quodlibet individuum talis speciei habet virtutem ad producendum quodcumque individuum =

Resp. conc. anteced., neg. min. sed in quolibet individuo speciei ignis invenitur propria virtus ~~talis~~ seu speciei coarctata et limitata ratione individui, cum inveniatur virtus illimitata in nomine, itaque ratione limitationis individualis, unus ignis non continet in sua virtute aliud ab eundem numero effectum, quem continet et producit alium individuum, licet contineat alium sibi similem.

ad Confir. Resp. dist. ant.; calor productus ab igne a potest conservari ab igne b conservatione productiva et effectiva neg. ant.; conservatione per accidens, nempe removendo contrarium, vel introducendo

qualitatis congruae ad illius conseruationem caris; datur ergo duplex conseruatio, una quae conuenit cum ia productione, et est productiua, per quam negatur conseruari calor v.g. in stabili ab igne a quo productus est; alia est conseruatio per accidens, quatenus una causa remouet contrarias dispositiones ad conseruationem effectus alterius causae, ita calor potest conseruari ab igne a quo non fuit productus.

Liber 3us phisicorum

Procedit Aristoteles in hoc 3o libro ad explicationem motus, qui est propria passio entis naturalis, ratione cuius dicitur ens mobile, tale, in cuius consideratione consumuntur reliqui libri phisicorum; in praesentiarum disputat de motu in com.; de actione, et passione, qui illum comitantur, definito, et infinito, quo necessario sequitur ad motum ratione continuationis, et successionis =

= Disp. 1a; = de motu in communi

= quaest. 1a; quid sit motus =

motus est actus entis in pot.[illegible], ita est Arist. in hoc libro, quem recurrunt phil., pro cuius def. explicatione notanda sunt verba D. Thomae 3o phisicorum lect. 2a ubi ait, antequam aliquid moueatur est in pot. ad actum perfectum qui est terminus motus, et ad imperfectum qui est motus, sicut aqua antequam incipiat calefieri est in pot. ad calefieri et ad esse calidam, cum autem incipit calefieri reducitur ad actum imperfectum qui est motus; adhuc tamen remanet in pot. ad esse calidam; ex quo infertur, quod res potest considerari in triplici statu, primo in pot. tantum, 2o in actu ultimo et perfecto, 3o in statu medio quo est partim in actu, partim in pot., quod in pot. tantum

nondum movetur, quod non est in actu perfecto et ultimo est in terminus; quod vero est in statu medio, tunc est in moveri, et transit et movetur de uno in aliud; dicitur in definitione quod sit actus primus, secundo 2um; quae dictio ponitur loco generis, dicitur entis in potentia, id est mobilis, ut distinguatur a termino, quod est in potentia ad illum; dicitur prout in potentia ut denotetur quod motus ita actuat mobile, ut illud relinquat in potentia ad ulteriorem terminum adquirendum ad distinctionem aliarum formarum accidentalium, quae solum actuant subiectum, quod erat in potentia ad talem formam; motus vero actuat subiectum non solum prout in potentia ad ?, sed ut est in potentia ad ulteriorem terminum;

Dices primo motus essentialiter dicit ordinem a termino a quo ad terminum ad quem, et tamen hic non explicatur in ista definitione, sed tantum explicatur in ordine ad mobile seu subiectum, ergo talis definitio est diminuta; Respondeo quod ille ordo seu habitudo non ponitur expresse, sed subintelligitur virtualiter, nam per illam particulam prout in potentia intelligitur, quod motus ordinat subiectum ad ulteriorem terminum ad quem, et consequenter insinuatur terminus a quo, quia non est transitus ad terminum ad quem, nisi ex aliquo termino a quo;

Dices 2o; nam si esset substantialis generatio embrionis est actus entis in potentia, neque actus materiae, quae erat in potentia ad illam, ita actus entis prout in potentia, nam talis forma relinquit materiam in potentia ad formam perfectam equi etc. et tamen forma embrionis non habet rationem motus, ergo definitio convenit aliis a definito

Confi., nam calor ut quatuor est actus entis imperfecti, et prout imperfectus in aqua; nam remanet imperfectus ad calorem ut octo, et tamen non dicitur motus, quo intentum; ad argumentum. Respondeo nego tale gratiam dico, quod forma substantialis embrionis licet sit actus entis imperfecti, non tamen prout imperfecta, quia ad hoc necessarium erat ut informaret materiam per modum viae et tendentis ad formam perfectam, cum autem non sic informet, ideo rationem motus habere non potest.

Respondeo ad confirmationem eodem modo; nam calor ut quatuor licet in modo informandi sit actus imperfectus, et paratus ad calorem ut octo, quia tamen non habet statum tendentis etiam, ideo non motus, sed terminus dicitur.

Quaestio 2a. Vtrum deffinitio motus conueniat motui = = successiuo, et instantaneo. = = =

Pro decisione dubii nota, quod motus aliquis successiuus est ille quo paulatim, et successiue acquiritur terminus motus, ut cursus hominis ad aliquem motum, aliquis motus instantaneus, qui nullam habet partium successionem, sed medio illo terminus simul acquiritur, ut motus Angeli, qui motus instantaneus frequentius dicitur mutatio, licet nomen motus et mutationis indifferenter usurpetur. Mutatio instantanea tripliciter sumitur, primo latissime, pro actione spirituali omnino independente a materia, ut intellectio, et volitio Angelica; 2o sumitur late, pro actione spirituali, sed cum aliqua dependentia a materia, ut nostra intellectio et uolitio, quae pro hoc statu aliquomodo dependet ab

natali Dóo; &. sumitur stricte et rigorose pro muta-
tione, qua virtualiter dependet a mata, ut generatio
substalis, et corruptio illi opposita.

Ut certa ab incertis separemus in primis dubitatur an mutationes, vel motus omnino independentes a mata comprehendantur sub ista definitione, verum sub illam comprehendi, siquidem istam motus non ad physicum natalem, sed ad theologum spectant, unde solum dubitatur an definitum huius defs. sit motus, mutatio successiva, vel motus vitabilitatis ab omni mutatione successiva vel instantanea dependente a mata virtualiter, vel quoad modum.

Sit prima 2a, mutationes instantaneas spirituales dependentes a mata quoad modum ut intellectio et volitio non comprehenduntur in ista defe motus, ita N. Comp. et para a S.to Thoma procedendum est angelicum magistrum, et physicum, et Doct. pur., non motus sic definitur actus entis imperfecti, i. de subiectali statu positi, quod nondum habet finem, ad quem actuatur per motum, sub hoc non convenit nec intellectioni et volitioni, prone defe motus, nec potest ex defe motus, ut min. pur.; nam intellectio et volitio non actuans subiectum prius in potentia relinquendo in illo potentiam ad ulteriorem terminum, talis sit constituunt subiectum et actuant omnis perfecto et quasi ultimo

Obiicies 1o. a S.to Thoma dem, motus quidem finitur in motus convenientes defe nat, id ille motus comprehendit intellectiones a mata dependentes, saltem quoad modum, et deus a ia natale mata suspicaverunt, protest motus comprehendit mutationes spirituales, et a mata dependentes saltem quoad modum

5

R. Philus in 3° libro diffinitione natam, per ordinem ad motus sive perfectos, sive imperfectos, quorum primum innata, sicut illum definivit motum, prout actus imperfectus relinquens in subiecto potentiam ad actum ulteriorem adquirendum; et ideo motus nat. conveniens comprehendit intellectionem et volitionem, motus ex hac definitione tantum comprehendit motum, qui actus imperfectus.

Sit 2ª: mutatio instantanea ut generatio substantialis, et quaelibet alia, quae est actus imperfectus comprehenditur indefinite, ita auctores citati, et probatur, nam generatio substantialis est actus entis in potentia prout in potentia, quod definitio hic tradita convenit mutationibus instantaneis; ergo probatur, nam materia, quae est subiectum generationis, est in potentia ad generationem, et ad adquisitionem ulterioris, nempe formae substantialis generandae, quod est actus entis in potentia, prout in potentia, quod illi convenit definitio tradita ab Aristotele.

Dico 3°: mutationes instantaneae non sunt actus entis in potentia, prout in potentia, quod illis non convenit definitio, ergo probatur; nam generatio substantialis in eodem instanti in quo est inducit formam in subiecto, quod tale subiectum non relinquitur in potentia ad ulteriorem actum = R. nº 24 et ad primum dico, quod licet in eodem instanti reali sit generatio et forma genita, tamen fieri est prior prioritate naturae quam ipsa forma genita, ratione cuius prioritatis verum est, quod in illo priori in quo est generatio in subiecto subiectum non habet formam, sed tendit ad illam.

Dico 4°: creatio est productio instantanea faciens subiectum transire de necessario ad esse, ut tamen in nostra opinione, nec mutatio, quod generatio substantialis, quae facit subiectum transire de necessario ad esse, excluditur a motu mutationis creationem nec mutationem, quia deest illi subiectum sine quo non datur entis in potentia, quia tamen generatio substantialis essentialiter petit subiectum, et ideo essentialiter illi convenit

Quaestio 3a, Vz. motus distinguatur ab eo ad quem subiectum quidnam sit subiectum illius.

Circa primam partem dubii sit 1a, motus distinguitur ab eo ad quem distinctione reali modali, ita communiter omnes Thomistae, et probatur: nam motus ante operationem intellectus est via ad terminum, et ad fieri illius, ergo ante operationem intellectus motus et terminus ad quem distinguuntur; antecedens probatur, ante operationem intellectus ad quem dicitur forma, quae est terminus ad quem motus, quod acquiritur per aliquam viam, sed via alia non est nisi motus, ergo ante operationem intellectus motus est via ad terminum; tunc quia ea distinguuntur ante intellectum, quorum unum potest esse sine alio, sed sic se habent motus et terminus ad quem, ergo distinguuntur ante intellectum.

Quod vero distinctio ista sit modalis patet, nam motus de quo agimus importat actus imperfectior inter omnes qui dicit essentialiter realis, et non pertingit ad hoc ut sit ens per modum rei et entitatis, sed ob suam imperfectionem est quidam modus igitur etc.

Pro secunda parte dubii solet dubitari de motu locali, an subiectetur in mobili, de motu vero alterationis et augmentationis, certum est in mobili subiectari: Sit ergo 2a 2a, motus localis subiectatur in mobili, non vero in corpore ambiente; probatur, nam ibi subiectatur omnis forma, vel actus, ubi tribuit suum effectum formalem, sed localiter moveri quod est effectus motus localis, tribuitur mobili et non corpori locanti, ergo motus localis subiectatur in mobili, et non in corpore locante; minor probatur, nam corpus locans ut tale est immobile, ergo non potest recipere hoc quod est localiter moveri.

Oppositam sententiam primo loco defendit Mastrius, qui dicit quod terminandum dico ad quem, itaque, nam si fiat in fieri fallitur ipsum, si fiat in fieri non distinguitur a se ipsa in facto esse, ergo utrique ad quem illa non distinguntur, minor patet; nam eadem in utroque quae in fieri et in facto esse, et solum distinctio penes diversos status = Resp. 2° maj; nam motus in fieri quae in fieri, et dicit tendentiam ad finem, et licet fiat in fieri et in facto esse non distinguatur, bene tamen fieri formaliter quod est motus, et ipsa fit quia etiam ad quem ante initum distinguntur.

arg. 2°, nam inde sequeretur quod aqua dum calefit moveretur duplici mutatione, quod falsum est, quia tantum est unica actio, sequella patet; nam acquireret duplicem realitatem, quam antea non habebat, nempe motum et terminum illius, sed ubicumque entitatem de novo acquirit mutatur et aliter se habet, quod receptionem duplicis entitatis duplex mutatio oritur

Resp. n° sequellam. et ad probationem dico quod licet dum aqua calefit recipiat recipiat duplicem actum et realitatem, non tamen movetur duplici mutatione, quia motus est actus realis, qui ordinatur ad actum perfectiorem nempe calorem, qui licet immutet subjectum non est motus hic definitus, quia actus perfectus et non ordinat subjectum ad ulteriorem terminum.

Disp. 2ª, de actione et passione inter se, et cum = motu comparatis =

q° prima, V. actio et passio respiciant motum = ut genus =

2° c. negatiuam coy inter Thomistas et p.ur, nam actio et passio sunt diuersa praedicamenta, q n possunt habere supra se aliquod genus, ans patet ex dictis in loga, cons p.ur, nam praedicamentam possunt habere supra se aliqd esse uniuocum gommuy [illegible] actionis et passionis.

Confirm. nam actio et passio identificantur cum motu, ut in praedicamentis, q n multiplicant motum tanquam genus; cons p.ur, nam implicat quod aliqd sit genus alicuius speciei, et quod n multiplicetur in illis, nam multiplicato inferiori, multiplicatur superius, q si actio et passio identificantur cum motu, motus n erit genus ad actionem et passionem.

arg. in primo p.ro sententia, quae tribuitur magistro Soto, nam actio sicut et passio essentialiter est quaedam mutatio, q motus est genus actionis et passionis, prob. ans, nam ignis per actionem calefaciendi essentialiter mutatur, nam se habet aliter nunc quam antea, et similiter aqua per passionem n ca lorem redditur calefacta, quod antea non habebat, q actio et passio essentialiter sunt mutationes.

Respondeo, et ad probationem dico, quod licet actio substantiuetur in agente et mutat agens ipsum tanquam motus, bene tamen sicut actualiter et forma constituens agens mouens nisi non motum; sicut etiam forma substantialis, uel accidentalis constituta aliqd tanquam forma, n ut motus; idem dico de passione per quam improprie patiens dicitur mutari.

arg. 2° actio et passio essentialiter sunt actus entis in potentia, q motus est genus respectu actionis et passionis; ans p.ur, actio et passio habet sua actum, et fieri effectus, q utraque constituit subiectum partim in actu et partim in potentia, q utraque essentialiter est motus.

Pro Solutione aduertendum quod Corpus quod mouetur potest dupliciter sumi, primo ut mobile, 2° ut passiuum et motum, quae quamuis licet identificentur interius, tamen sunt formaliter distincta, nam ratio mobilis importat Corpus, prout tendit ad terminum, ut subiectum in quo solum ratione non explicatur alteri in ordine ad agens uel passum, Corpus uero ut passiuum solum dicit potentiam eiusdem Corporis in ad terminum, ut subiectum, sed ad agens ut ei imprimat actionem, per quam producat effectum

Respondeo, et ad propositum dico quod licet actio et passio habeant rationem uiae, et tendentiae ad effectum, non tamen habent rationem motus, quia motus ut talis solum respicit Corpus quod mouetur sub ratione mobilis, passio uero respicit Corpus sub ratione passi, et actio respicit agens non ut mobile, sed ut mouens, ita ut actio et passio reduplicatiue non sunt motus, licet sint identitatiue

Quaeres, quomodo se habeat motus ad actionem et passionem? Respondeo se habere ut subiectum quo, quatenus quod hae formalitates motus actionis et passionis in eadem entitate fuerint uniti, tamen motus est id, quo mediante actio et passio conueniunt subiecto

q. 2a

V. actio transiens subiectetur in agente, uel in passo

Nota quod actio est duplex, una transiens, et altera immanens, transiens actio est, quae transit in exteriorem materiam, ut calefactio ignis in aqua; immanens est, quae manet in agente, ut intelligere in intellectu ut

villis in voluntate, neque procedit difficultas de actione im-
manente, secundum quam subiectatur in agente, ex eo enim quod
dicitur immanens, ideo perfectionem agentis in ipso
manendo, ilita difficultas est de actione transeunte,
in qua subiectatur

Si vero actio transiens non subiectatur
in agente, sed in passo, ita non compl. adducunt varia
testimonia Philosophi, et D. Thomae, et alios inter thomistas
citat; nam actio ut sic adaequate dividitur in actionem
transeuntem, et immanentem, quae constituuntur per
modos immediate oppositos, patet; nam id ad hoc
ut aeque constituuntur per differentias immediate oppositas,
quia adaequate dividunt aliquod; tunc sic, sed actio imma-
nens ut talis est perfectio intrinseca agentis, et subiec-
tatur in illo, ergo actio transiens ut talis non est perfectio intrin-
seca agentis, et consequenter non subiectatur in agente sed in
passo.

Confirmatur, nam motus subiectatur in
mobili utpote, quia est actus illius, ergo etiam actio debet
subiectari in mobili utpote, consequentia, nam motus iden-
tificatur, quod actio debet subiectari in eodem subiecto in quo
subiectatur motus, cum quo realiter identificatur.

Primo autem propositionem sentit, quam
ut probabilem defendit Caietanus, Suarez, cum aliis
Scotistis affirmantibus actionem transeuntem esse
intrinsecam perfectionem agentis, in illo quod subiec-
tur, nam sicut accidens subiectatur in illo, cui tribuit
suam denominationem realem, sed actio non denomi-
nat passum sed agens, ergo subiectatur in agente; antecedens
probatur, maior constat, nam sicut accidentalis denominat
subiectum per inhaerentiam cum illo, minor probatur nam si ac-
tio denominaret passum, passum denominaretur
agens, quod implicat.

R. dominii fra sui actuq in illo subiectantur cui tri-
buit denominationem intrinsecam C°, ex animomai
actio enim ē fra, quę dinominat ex ē agens, et idonon
requiritur quod sit in illo tanquam in subiecto inhe-
sionis, similiter quia dexteritas denominat parietem
dextrum in illo intrinsece sedeus tal. den.
Dicq. 2° fra denominans ex
aliquod subiectum denominat intrinsece aliud ut
uisio quę denominat obiectum ex ē uisum, denomi-
nat ac intrinsece uidens, sic actio denominat
intrinsece passum, aliq. aqua in calefactione
cuit agens, sunt aliud subiectum praeter agens, quod
intrinsece denominetur ab actione, q contentum
Consq. nam actio ut actio transcendentaliter includit
respectum ad dominii, quę actio ut accidens ejenti aliter
sicit esse in subiecto, sed reduplicative ut actionem in
passo, nam actio ut in agente est, et ut in passo est
passio, ergo nec actio inhaeret in agente, et illud deno-
minat intrinsece.
R. ad obiectionem, quod licet fra
ex ē denominans unum subiectum et aliud intrinsece
d. inde sequitur quod eadem modo ad utramque de-
nominet, et hic aliud denominet denominat ex ē agens
et intrinsece passum; ad consq. R. quod licet ratio
formalissima actionis si sumatur per ordinem sub
cum, sed ad agens, hic tamen ratio fidelis deuterens
in passo; aliud enim ē per ordinem ad quod dep
initur ratio actionis, aliud uero in quo subiectatur
requiritur hoc inferitur, quod actio prout in subiecto
sit passio, nam formalissima ratio passionis cui plus sub
cum ut nil specificatiuum, quod non habet actio
etiam prout in subiecto

arg. 2o, actio actu agere est maxima perfectio agentis, quae est aliquid intrinsecum agenti, qua actio per quam constituitur agens in actu, dicitur esse in illo tanquam in subjecto, patet utraque cons. nam perfectio in illo est intrinseca cuius perfectio, ant. prob. nam per actu agere reducitur agens ad exercitium, et ultimam actualitatem suae virtutis, quae est perfectio intrinseca agentis.

R. quod actu agere est extra perfectio agentis, quia per suam actionem perfectionem intrinsecam quae erat in agente edit in lucem, et communicat in effectum esse productio, et ita perfectio agentis est extrinseca, et intrinseca effectui.

3o arg. agere, ut actu significat dicit relationem praedicamentalem ad terminum effectum sed fundamentum huius relationis est actio, quae debet esse in eodem subjecto in quo est ipsa relatio, sed relatio est in agente quae etiam actio = R. quod actio quae est ratio fundandi relationem agentis ad terminum, non permanenter in ipso subjecto in quo est relatio, sed sufficit quod ex ea et fluat ab illo et relatio subsistitur in illo; nam ut dicitur in logica fundamentum relationis in genere habitudinalis debet permanere.

Disp. 3a de infinito

q. 1a quid et quotuplex sit infinitum

infinitum definitur hoc modo cuius semper aliquid ad extra, quae definitio communiter recipitur a philis, nam explico quod infinitum caret fine et fine, ut alibi diximus defo, sumpta qualibet parte, infiniti

Semper alia et alia sumatur semper accipienda, infini-
tum aliud simpliciter et in suo genere entis, ut deus, qui
nullis clauditur terminis cognitionem exadit; aliud in
genere determinato entis, nempe in genere substantiae, ubi
darentur substantiae quae non clauderentur his substantiis, vel
in genere quantitatis, vel continuae, ubi darentur lineae
infinitae extensionis, vel discretae, ut infinitus nu-
merus horum; vel in genere qualitatis, etc. ut si
esset albedo infinitae intensionis.

Infinitum in determinato
genere aliud infinitum in actu seu categorematicum,
et illud, quod tamquam actu includit nullis terminis clau-
ditur, aliud in potentia, seu syncategorematicum infi-
nitum, et illud quod tamquam actu habet est finitum,
sed id quod habere potest nullum finem habet, ut
huiusmodi essent sunt finita, possunt tamen augeri a
Deo in infinitum, namque quocumque posito, Deus
potest alium et alium producere.

Infinitum in actu dicitur cate-
gorematicum sumpta similitudine a voluto
qui sicut per se stans, ita infinitum in actu per se
genuine infinitum; sicut et infinitum in potentia di-
citur syncategorematicum a voce taliter determinato, quia per
se nihil, sicut nec infinitum syncategorematicum per se
est tale: unde cuicumque ex his infinitis supra
dicta definitio convenit, nam infinito in actu sumpta
quacumque parte remanet actualiter assumenda
et infinito in potentia, sumpta qualibet parte remanet alia
sine fine accipienda

q° 2a Vz; naturaliter possit dari infinitum in actu

Non procedit difficultas de infinito in potentia, nam apud omnes certum est naturaliter dari; nec procedit de infinito in actu in aliquo genere entis certo, nam lumine naturali et fidei divinae constat certum Deum esse, et longo difficultas procedit de infinito in actu in indeterminato genere.

Rñ negative, quam tenent Thomistae quos sequuntur, atque ratio evidens, nam quaelibet creatura eo quod creatura sit dependens ab alio est limitata, sed quod clauditur fine et limite non est infinitum, ergo non datur infinitum in actu naturaliter. Tunc etiam quaelibet limitatae perfectionis non habet proprietates infiniti ultimo, ergo cum quantitas qualitas et alia accidentia sint proprietates.

Obiicies primo, datur naturaliter infinitum in potentia, ergo etiam in actu, consequentia patet nam frustra esset potentia quae non reduceretur ad actum; Confirmatur: nam virtus Dei authoris naturalis est infinita, ergo effectus eius virtutis infinitus erit, ergo potest dari infinitus in actu naturaliter.

Respondeo concedo antecedens, et nego consequentiam, quod illa potentia, quae datur et infinita, hoc nunquam reducitur ad actum constitutum ita ut verum sit dicere constitutum talis potentia, et alias hos non possunt produci, nam haurientur virtus productiva Dei, et tamen potentia, quae

Successive reducibilis ad actum, qui nunquam totaliter habeatur, sed temporis et interiori, ad confin. Rursus earum pars licet per accidens habeat ultatem infinitam, quatamen res sunt infinite ipsa, quae nunquam reducuntur ad actum completum, ideo utcumque natura producit effectum in actu infinitum.

Obiicies 2º: finitum et infinitum sunt quantitates, sed datur quantitas in actu, ergo debet dari in actu eius oppositum, scilicet infinita in actu. Ad 2um dico, non quia datur de facto quantitas infinita in actu, sed quia possibilis est quantitas in actu infinita in praedicamento quantitatis. Declaratur.

q. 3ª V. supernaturaliter possit dari aliqua creatura infinita in essentiam

Dictum est dubium naturaliter esse impossibile infinitum in aliquo determinato genere; modo inquiritur an id sit possibile de potentia absoluta, quatamen aliquid dicitur habere infinitatem, vel ratione eius magnitudinis aut multitudinis vel intensionis, relatum de quolibet infinito erit sermo, in praesenti vero solum tractatur de infinito ratione eius.

Sit 1ª conclusio: etiam supernaturaliter est impossibilis creatura infinita in essentia; et probatur, nam implicat quod aliqua natura creata et complexa aliquod in genere et essentia, ergo Deus absolute nequit producere creaturam infinitam in essentia, antecedens probatur, quia natura creata

Pergunus conuenit cum aliis et differt ab illis perdifinitionem, com-
patur; implicat aliquid esse infinitum in aliquo determinat
genere, et quod claudatur terminis generis ipsius, sicq genus et
differ. sunt termini terminantes illam creaturam in omni esse, quo
implicat produci a Deo creaturam infinitam 2a entitatem
Confirmatur. implicat esse lineam infinitam in omni magnitu-
dine, et esse terminatam punctis, quod tamen implicat aliquid
esse infinitum in omni esse, et esse terminatum suis propriis
scilicet genere et differentia

arg. primo, potentia Dei ad extra est
simpliciter infinita, quo poterit producere effectum in-
finite perfectum, consequentia patet, nam virtus finita pro-
ducit effectum finitum, quo virtus infinita poterit commu-
nicare effectui perfectionem infinitam = Confirmatur: nam Deus
potest habere hoc imperium; fiat effectus perfectissimus
ex his quidem quae possunt produci, talis effectus haberet in-
finitam perfectionem, quo intentum

Rx concessa maiori, nam ut potentia Dei
sit infinita requiritur et producat actu effectum infi-
nitum, sed quod eadem potentia immutata permanens
possit producere infinitum in potentia, idest producere spe-
cies semper excedentes in perfectione in infinitum
in omni genere = ad Confirmatur. Rx repugnare tale impe-
rium Dei, quia finita entitas creaturae

arg. 2o; Si Deus operaretur ut agens
naturale, operaretur 2a ultimum suae potentiae, nam hoc est pro-
prium agentis naturalis, quo effectus productus esset infi-
nitae perfectionis, quo nunc operando libere poterit Deus
effectum infinitum producere, patet ultima consequentia, Deus
non est minoris perfectionis libere operans quam si operare-
tur necessario = Rx quod si Deus operaretur ut agens na-
tale sicut Deus, neque ageret infinitum, quia operari
ex necessitate arguit imperfectionem, nempe defectum

quamquam libertatis in operando, hoc tamen quoniam impossibile est proferre permitto,
ducentes effectum in infinitum ultra et ultra, ideo infini-
tum est ratio rei demonstrat, et ita ex consequenti impossibile
[illegible] aliud

q. 4. V. data creatura possit Deus aliam et aliam perfectiorem in infinitum speciem producere

De casu ita citati [illegible], et data creatura perfectissima
specie possit Deus in alia eandem speciem aliam et aliam per-
fectiorem producere in infinitum. Sic ratio est, quia non
quaelibet creaturae divinae perfectionis participatio, quae
posset dari aliqua creatura ita perfecta ut non possit alia
et alia perfectior inveniri, patet [illegible], nam essentia divina
[illegible] modis infinitum, et infinitis modis participabile, quod
essentia divina requirit perfecte ab una creatura par-
ticipari, quin possit perfectiori modo ab alia participari
[illegible] virtus divina necessario infinita, quia [illegible] illa
videretur, maneret [illegible] exhausta si perfectiorem crea-
turam et speciem non posset producere.

Arg. primo pro sententia Durandi;
Deus cognoscit infinitas creaturas possibiles sese invicem
in perfectione excedentes, sed inter illas necessario est una
infinite perfecta, quam si producere potuerit, major
certa est major; nam si de facto essent in rerum natura
infinitae species angelorum in essentiali perfectione
se excedentes, necessario esset aliquis angelus infinite per-
fectus, quia si talis angeli sunt possibiles aliquis datur perfe-
ctus infinite.

Ex speciebus rerum possibilium [illegible]
excedere in perfectione certa et determinata magnitudi-
ne, ita ut si quantitas unius speciei [illegible] unam
speciei illi immediatam habeat perfectionem [illegible], ubi
autem [illegible] certa et determinata additio perfectionis [illegible]

et in infinitum perfectionis in actu; nam cum idea diuina multitudine angelorum infinita possibilium, numquam deueniet ad angelum ita perfectum, de perfectiorem deo non possit creare.

Arg. 2°; de facto datur creatura ita imperfecta, ut de potentia absoluta dari alia imperfectior non possit produci ut materia prima sublunaris, ergo poterit etiam produci alia creatura ita perfecta ut alia perfectior produci non possit = R. ... concedo ant., nego cons., nego ant.; et disparitas est, quod creaturae eo perueniunt crescere in perfectione, quo magis ad ens diuinum accedunt, et ideo dato quocumque accessu ad deum, potest dari maior, ita dato quacumque creatura perfecta, alia adhuc alia perfectior possibilis est; at uero creaturae eo deo crescunt imperfectione quo magis a diuino esse recedunt, ... non possibilis ... minus, ut in puro nihilo, ... dari minimus accessus in latitudine entis creati, qualis materia prima sublunaris conuenit.

Q. 5. V. de potentia absoluta possit dari infinitum in actu 2um in magnitudinem, et 2um in multitudinem

Quo ad primam partem dubij, sententia est negatiua, atque inter Thomistas, ... nam quantitas est accidens ... ut in subiecto tamquam radice, ... ubi de ... quantitas et finita et limitata, ergo quantitas etiam finita ... limitata; ... nam ... cum ... radicatum ... excedere suam radicem.

Dices 2°; ex eo quod subiectum infinitum ... conuenit ... quantitatem infinitam ... non ... in extensione, nam ... habere infinitam longitudinem, et ... finita ...

Sed, namque substantia dix quantitatis etiam ut extensive, sub hoc modo etiam finitos, quod quantitas etiam ut extensive infinita. Oppositum sentit Baguez et alter

Caeterum, et fundamentum, quia non repugnat producere infinitam magnitudinem, neque ex parte omnipotentiae, quia finita est, neque ex parte rei producti, quia infinita magnitudo non est impossibilis infinita sub indeterminato genere, quod intentum = Dixi impossibilis ex parte omnipotentiae, quia haec videtur certo illius, repugnat tamen ex parte rei producti, namque ipso quod quantitas sit finita eius debet habere finitam magnitudinem, etiam indeterminato genere.

Sitie, implicat dari infinitum in actu magnitudinem, atque multitudo cujuslibet quantitativa in actu existere in aliqua specie numeri, sed implicat quod aliqua species numeri sit actu infinita, quod implicat reduci ad eam multitudinem actu infinitam, maior, namque implicat invenire aliquid quod non sit vel par vel impar, sed quaelibet multitudo quantitativa ex parte rei invenitur sub multitudine et sic, tanquam sub genere, quod etiam debet esse sub determinata specie, namque quilibet numerus multitudo mensurari aliquo numero, ideo cum sit infinita, mensurari, quod implicat quod aliqua species numeri sit actu infinita.

Dices, quodlibet species numeri in finita sit multitudo mensurari per numerum, non tamen species numeri infinita = Sed namque ratio generica invenitur partim expata in speciebus, sed deberet numeri et sic esse multitudinem numeri unitarium per numerum, quod debet inveniri in quacumque specie numeri etiam infinita, si daretur ratio mensurae, non

minquam, eandem omnino numeri utriusque et unitates illius habe-
rent inter se ordinem, ut non possint habere quem cernimus;
secundo illum consistit in immensurabilitate ab ali-
qua quantitate; quod de ratione numeri est esse multitudinem
mensuratam per unum = tunc quia repugnat
dari numerum qui sit infinitus, nam numerus
numerari potest per veniendo ad ultimam unita-
tem, quae deest in infinito.

Arg. primo in quolibet con-
tinuo sunt infinitae partes proportionales, sed Deus
potest conservare illas separatas, ergo tunc dabitur
infinitum in actu in multitudine, minor patet, nam
Deus conservat partes unitas in continuo, ergo illas po-
test conservare separatas. R. quod licet in quolibet
continuo sunt infinitae partes proportionales, nihilo-
minus infinitum in actu, quia ad hoc necessarium erat
quod partes essent certae et determinatae magnitudinis;
unde partes continui essent taliter, ut non esset unitas,
et cum una pars ab alia separaretur, illa pars separata
non esset pars continui, et haberent aliae et aliae partes ibi
unitas.

Arg. 2º quidquid Deus cognoscit per
scientiam practicam potest ad extra producere; sed
Deus cognoscit per scientiam practicam infinitam
multitudinem cogitationum hominum et ange-
lorum per totam aeternitatem producendam, ergo
potest Deus infinitam multitudinem nominatam produ-
cere.

R. dominai quod Deus cognoscit per scientiam practicam potest ad extra produci eo modo quo, faltibile cu[m] cognoscitur, eo modo quo ab eo cognoscitur n[on] mai[or]; illud enim quod Deus practice cognoscit potest esse, ce n[on] tamen simul sed successive, licet Deus simul illud cognoscat, et ita licet cognoscat infinitas cogitationes, quas per totam eternitatem beati producunt, n[on] simul illas producit, et ideo n[on] datur infinitum in actu quoad multitudinem.

q.° 6; V; de posse absoluto possit dari infinitum in actu secundum intentionem

Dic. e negativa, ex quo r[ati]o; d[icitu]r thom., intentio conuenit qualitatibus cum dependentia a subiecto, ergo implicat dari qualitatem infinite intensam; conseq[uentia]; nam qualitas e subiecto create quod in sui esse finito, ergo nequit dari etiam de potentia absoluta qualitas quoad intentionem infinitam.

Confir. nam inter subiectum receptivum forme, et ipsam fiam deuet esse proportio quantum ad vim recipiendi, et actuandi; sed si qualitas esset infinitam quoad intentionem, non daretur talis proportio, ergo intentum, minoris; nam sicut infinita nequit recipi subiecto finito, quod supponitur ultimum finitum nequit recipi in illo qualitas infinita intensa.

2.° Confirmatur; nam talis qualitas esset accidens, ut supponitur, et non esset accidens, quia non haberet subiectum, in quo reciperetur, nam subiectum quod solum subiectum poterat habere est finitum secundum vim receptivam.

Arg. 2. est contraria sententia, quia Deus producit gratiam sancti-
ficantem infinitam quoad intentionem, quia non repugnat
produci infinitum in actu quoad intentionem, ergo etc.; nam non
repugnat ex parte causae, quae est infinitae virtutis, neque ex
parte gratiae, quia est participatio naturae infinitae quae parti-
cipabilis est in infinitum, neque ex parte subiecti, quia est
receptivum gratiae infinitae per potentiam obedientialem, quae dicit quan-
tam infinitatem, ergo ex nullo capite repugnat gratia seu
qualitas infinita in actu quoad intentionem.

Confirmatur: nam gratia Christi Domini
fuit infinita quoad intentionem, quamvis dicendum sit de aliis
qualitatibus, per ordinem ad gratiam divinam, ergo etc.;
triplicite. primo quia talis gratia dicitur immensa
juxta illud Joannis 3. cap.: non ad mensuram dat Deus spiritum
filio, seu ille immensa est infinitum; 2o quia gratia
Christi se extendit ad infinitos hos specificando sese;
3o nam si talis gratia non esset infinita, gratia alicu-
ius creaturae pertingeret ad intensionem gratiae Christi.

Respondetur: repugnant gratiam esse
infinitam ex parte ipsius gratiae, nam dicimus infinitam
potentia, et in actu. quia alterius potest intendi, ut amplius
sit intensibilis, eo quod natura divina cuius est participatio
in infinitum est participabilis. Ad confirmationem, Respondeo, ita ad
primam probationem dico, testimonium Joannis intelligi de
aeterna generatione verbi divini, vel de dono quod in
tempore fuit concessum humanitati Christi Domini, scilicet
de unione hipostatica ad personam verbi, quae quidem
finita dicitur donum infinitum.

Ad secundam prob. dico quod gratia christi iustificaret hos infinitos si essent, non quia habet infinitatem intensivam, sed quia est gratia Capitis, et quia humanitas iuncta verbo, ratione cuius unionis habet quemadmodum fundamentaliter gratias ad iustificandos hos infinitos si essent. ad 3. prob. dico, quod gratia cuiuslibet horum iustorum nunquam perveniet ad intentionem, quam habuit gratia christi, quia nunquam unietur personaliter verbo, et ita non perveniet ad perfectionem gratiae christi.

q. 7. et ultima an unum infinitum sit maius alio

non quaeritur indubio de infinito in natura, sed quaeritur, si per impossibile darentur duo infinita in natura, unum posset esse maius alio, pro cuius decisione nota infinitum accipi duobus modis, primo materialiter pro materia quae ponitur utcumque quantitatibus immensis infinite, 2. formaliter, pro ipsa infinitate, quae consistit in eo quod nullis terminis claudatur

Sit prima conclusio unum infinitum formaliter sumptum non est maius alio formaliter sumpto, ratio est, nam infinitum formaliter sumptum non clauditur terminis, si enim nullus extremus posset esse in eo quod excedere terminos perfectionis liber infiniti, ergo unum infinitum non est maius alio formaliter, confirmatur, nam infinitum in ratione sua formali consistit in indivisibili, ergo non suscipit magis aut minus, ergo unum infinitum non est maius alio formaliter,

Sit 2a conclusio, unum infinitum materialiter sumptum potest esse maius alio materialiter sumpto, ratio est nam si darentur numeri actu infiniti et darentur in illo infiniti numeri binarii, et etiam, qui

Compararentur ad illam multitudinem, ut partes ad totum, sed totum maius sua parte, quia illa multitudo infinito existimat, illud esset maior quam infiniti numeri binarii ter ni

arg. primo pro contraria sententia, nam quodlibet infinitum petit essentialiter a nullo excedi, probatur antecedens: nam ea parte qua superantur habent finem et terminum, et ita forent non forent infinitum = Respondeo: infinitum petit a nullo excedi formaliter, concedo; materialiter, nego antecedens; ex eo enim quod unum infinitum superetur ab alio materialiter, non sequitur habere terminum intrinsecum, idest posse signari in eo primam et ultimam unitatem, sed solum sequitur habere terminum extrinsecum, quatenus non habet tantam multitudinem, quantam habet numerus maior, et hic modus termini extrinseci non tollit rationem infiniti, quod essentialiter caret termino intrinseco

arg. 2o, unum infinitum si excederet aliud esset porrectius non finitum vel infinitum, sed utrumque repugnat, probatur: quod ex utrisque non sit finitum patet, nam infinitum ut tale importat infinitatem, quod finitum non potest excedere infinitum, immo neque adaequare; quod tale etiam non sit infinitum patet, nam infinitum quod exceditur non esset infinitum, quia deficeret illi, in quo exceditur ab alio. Respondeo: unum infinitum posse excedere aliud ex sua infinitate in materia, ubi Deus crearet duo infinita angelorum et ab uno infinito auferret centum angelos, tunc aliud infinitum haberet excessum in materia, in centum angelis; cum autem infinitum includat materiam et formam, horum non sequitur quod ex utrisque fiat per infinitatem formaliter sumptam, sed per materiam infiniti.

3o arg. quodlibet numerus infinitus includit omnes species numerorum, ergo numerus infinitus non potest excedi ab alio numero, consequentia patet, nam si infinitum

Continet by numero, nullus rutat numerus per quem excidatur Xrs ens, nam in casu quo Deus produceret multitudinem actu infinitam, posset aliam et aliam producere, et tunc prima continent numerum secunda.

Liber 4us phisicorum
Disp. prima de Loco et Ubi
quaest. prima quid sit Locus

Adeo certum est esse locum, sicut esse motum, nam experientia constat corpora naturalia, aliis circumscribi, et ab uno ad alium tendere, et ita quaeritur quid sit [illegible] ad quod supponendum quod locus est duplex, unus externus, et intrinsecus alter, externus locus est corpus, seu ultima superficies, qua circumscribitur et continetur locatum; intrinsecus locus est [illegible] [illegible] [illegible], qui dicitur ubi, et modus intrinsecus locato dependens ab externa superficie; [illegible] [illegible] procedit de loco externo, et itaque quam eius definitionem pro[illegible] sequentes [illegible] dices.

Sit prima dico; locus externus non est spatium imaginarium, ratio est, nam hoc spatium non est aliquid reale [illegible]; patet, nam spatium imaginarium est quid conceptum ab [illegible] ad modum loci vacui, sed hoc quid [illegible] intentum; prima [illegible] patet, nam corpora naturalia moventur [illegible] ad consequendum suum locum et contrarium [illegible] non possunt moveri ad [illegible] consequendum, neque conducunt de consecratione nullum locati, quod spatium imaginarium non est locus.

Sit secunda dico; locus externus formaliter dicit relationem continentis ad rem contentam; [illegible] [illegible], nam praeter aliquid continere aliud, quam [illegible] [illegible] continentis ad id quod continet, sed locus est corpus continens

locatum, quanto relationem continentis, supponitur locus con-
stitutum, et continens locatum ad quod subsequitur relatio con-
tinentis. Sit 3a ratio locus exigit ut ultima superficies
corporis continentis immobilis primi, sic definitur locus; dicitur
superficies, ut locus generis, dicitur corporis continentis, ut denotetur
quod superficies non superficies cuiuscumque corporis, sed solum illius
a quo aliud corpus circumscribitur; dicitur immobilis primi
ut denotetur stabilitas essentialiter petita a loco explicanda
dubio sequenti; dicitur ultima, ut denotetur, non quamlibet
sit superficiem corporis continentis esse locum, sed illam quae
immediate attingit locatum.

Dices 2o; locus debet circumscribere et
adaequare locatum, sed superficies corporis continentis non adaequat
locatum, quia superficies non locus; minor; nam superfi-
cies solum habet duas dimensiones, nempe latitudinem et longi-
tudinem, corpus vero habet tres scilicet longitudinem latitu-
dinem et profunditatem, quae superficies non potest adaequare
locatum. Respondeo, etiam principalis quod dicit
superficies corporis continentis adaequet locatum, haec enim necesse
nimio implicat, quod immediate attingat illius profundi-
tatem, nam hoc modo penetrarentur locus et locatum, sed
sufficit quod immediate attingat superficiem corporis,
nam cum profunditas sit inclusa in superficie, etiam profun-
ditas locati mediate circumscribitur a superficie locante.

Q. 2a; quo pacto locus sit immobilis.

Pro cuius intelligentia certum est locum
esse immobilem, aliqui locatum possit moveri in ultimo locum
unde D. divum Thomam 4o physicorum lec. 6. superficies
corporis continentis sumitur dupliciter, materialiter prout

Corporis locantis inhaeret, et taliter prout dicit ordinem etiam terminatam distantiam ad polos mundi, et centro, quae distantia adhuc duplex materialis, prout est distantia, et tamen interceptum hinc determinatam superficiem, et formalis, prout abstrahit distinctam ab utraque, polos et tot vel tot gradus.

Sit primo dic., immobilitas loci non desumitur a superficie materialiter sumpta, neque a distantia ad polos mundi materialiter considerata; ratio est, nam superficies corporis locantis materialiter considerata movetur ad motum corporis, cuius superficies, et corpus locans hic aula mea aer, cuius superficies diversae succedunt, et tamen aula immota manet superficies diversas, quae illis superficies moventur moto corpore locante, et consequenter immobilitas loci non desumitur a superficie materialiter sumpta eadem ratione est, de distantia ad polos mundi.

Sit 2a dic., immobilitas loci desumitur a superficie, et a distantia ad polos mundi formaliter sumptis; quae communiter recipitur, et ratio est, quia talis immobilitas constituitur per aliquid immobile; sed talis superficies, et distantia ad mundi polos formaliter sumpta per immobilitate loci in nullo alio collocari potest, unde licet succedant diversae superficies aeris ambientis hanc aulam v.g. quia tamen succedunt sub eadem distantia ad polos mundi, censetur idem locus, et eadem superficies, ut locus est, quia superficies quae succedit, habet tot gradus distantiae a polis mundi, quot praecedens.

arg. primo: nihil in loco est immobile, nam superficies, et distantia quae in latere illius extant in illa moventur, ergo neque locus est immobilis, nec immobilitas loci sumitur a superficie et a distantia formaliter sumptis. = R. quod superficies et quidquid est in illo variantur et moventur entitative et materialiter, non tamen formaliter ut superficies loci est, ideo distantiam ad polos mundi

Vnde locus eiusque et immobilitas unitate ordinis, quatenus eodem superficies circumscribunt locatum sub eadem distantia et tunc intelligitur unus numero locus, quod licet superficies sint materialiter distinctae habent eandem distantiam a polis mundi, quia tunc in ea locandi sensetur una et eadem

Ad 2um arg. nam immobilitas loci per non desumitur per ordinem ad polos, si polli sunt immobiles, quam immobilitas loci non desumitur per ordinem ad polos, minus quam polli sunt in primo caelo, seu caelum empyreum per orbem, qui polli moventur ad motum caeli; Respondeo et aperiis dico, quod motus caeli est circularis, ita immutat locum, sed distantiam, scilicet semper est eadem itaque permanent immobiles puncta polorum, a quibus immobilitas loci desumitur.

q. 3a. de Vbi, seu loco intrinseco.

Nomine Vbi intelligitur illud accidens intrinsecum, quod resultat in locato ex eo quod circumscribatur a loco extrinseco quod sic definitur, Vbi accidens inhaerens intrinsece in locato dependens a circumscriptione ex loco; = Circa diuisionem Vbi, in circumscriptiuum et definitiuum nihil nouum restat dicendum, nam ubi circumscriptiuum proprie est ubi, nam notat locatum commensuratum sibi loco ubi uero definitiuum, quod proprium est spiritibus, et ubi sacramentale, quod habet Christus D. in eucharistia Tale sunt ubi

Quaeres, an omnia quae sunt in aliquare habeant diuersa ubi; uel unum sufficiat R. cum Sanctis a S. Thoma unum ubi sufficere, et ratio est nam omnia quae sunt in aliquo corpore sunt in loco mediante quantitate, ideo eadem quantitas sufficit extendere omnes

partes, et accidentia quae sunt in subiecto reddere locabilia, quoniam ubi sufficit reddere ubicata omnia accidentia, vel partes substantiae quae continentur in aliquo corpore.

Dices omnia entia quae sunt in aliquo corpore moventur per se, vel per accidens, quia illa adquirunt proprium ubi, ut patet, nam ubi est terminus motus, quod si omnia moventur quodlibet adquirit proprium ubi; = R. quod sicut omnia quae sunt in aliquo corpore constituunt unicum corpus, itaque corpus movetur, omnia moventur non pluribus, sed motu unico, cui solum correspondet unum ubi.

q. 4.a Quibus corporibus conveniat esse in loco.

Dubium movemus procedit de rebus corporeis, quae proprie sunt in loco, non vero de spiritualibus, quibus proprie non convenit esse in loco, ut docuit divus Thomas, in primo dist. 37 quaest. 3, et itaque nullum corpus potest esse in loco circumscriptive, nisi mediante quantitate, qua remota, sloca non potest communicari a loco; unde sicut remota quantitate a subiecto miraculose conservaretur a Deo, itaque subiectum non esset in loco, sed erit quasi ubique,

Nota, supponimus certum omnia corpora quanta, et extrinseca esse in loco circumscriptive excepto ultimo caelo; ratio est nam omne corpus continetur ab alio, terra ab aqua, aqua ab aere, aer ab igne, ignis a primo caelo, caelum primum a 2.o, et sic de aliis, ultimum vero a nullo; et itaque quaeritur, an ultimo caelo conveniat esse in loco.

Sit prima 2.a, ultimum caelum per se, cum non sit in actu in loco, ita Aristoteles capite 5. physicorum; cui igitur corpori inest aliquid extra corpus continens ipsum, hoc erit in loco, cui vero non, minime.

Ex quo testimonio haec ratio deducitur; ut aliquid sit actu in loco requiritur ut ab alio corpore actu circumscribatur; sed hoc non habet ultimum celum, quod non est actu in loco, minor, quia supra ultimum celum non datur aliud corpus continens ipsum, nam celum ultimum, quod ultimum celum non circumscribitur ab alio, neque alio est in loco.

Dices, ultimum celum non est in loco ratione superficiei continentis ipsum concavae, sed ratione superficiei convexae alterius celi contenti in ipso. = Resp. celum immo nec dicitur ad ultimum celum, et superficies illius habent rationem locati ab ultimo celo, quod superficies convexa alterius celi contenti ab ultimo, non potest ambire et circumscribere ultimum.

Sit 2a dico, ultimum celum est in loco ratione suarum partium, ratio est, nam eo modo aliquid est in corpore quo movetur et locum mutat, sed ultimum celum movetur mutando locum secundum se, sed secundum suas partes, quod ultimum celum est in loco ratione suarum partium et non secundum se totum. Maior patet, et minor, nam ultimum celum secundum se totum non mutat locum, quia semper est in eadem distantia, sed solum secundum suas partes quatenus illa pars quae antea erat versus orientem, modo est versus occidentem.

Confirmatur: nam partes ultimi celi ita sunt dispositae, ut una quodammodo circumscribat aliam, et viceversa alia contineat illam, et sic de aliis, quod unaquaeque earum est aliquatenus in loco, quia circumscribitur ab illa, quod ultimum celum est aliquo modo in loco ratione suarum partium.

Sit 3a dico, partes ultimi celi non sunt actu in loco, sed solum in potentia, et consequenter ultimum celum non est actu in loco etiam per accidens, ratione suarum partium; ratio est, nam partes ultimi celi licet illae sint

Distinguitur vero, [illegible] ab alia, nec tamen una est intra alia, quod nullo pacto continetur ab alia tanquam in loco, ut patet, nam ad esse loci et locati requiritur quod sint distincta cum superficiebus, quibus se attingunt, ita ut alia sit superficies loci, et alia locati; dicuntur autem partes esse in loco in potentia, quia possunt esse in loco circumscriptive si Deus dissolverit continuationem partium, et facerent divisionem in illis.

Dices 3.o Caelum ultimum de facto movetur in actu, et non solum in potentia, ergo debet acquirere locum in actu, et non in potentia; ut patet, nam motus localis acquirit terminum in actu, scilicet motus est ubi, quod acquiritur cum in actu, et non in potentia. Respondeo concedendo antecedens, et nego consequentiam. Quocumque motus in actu debet producere ubi, per accidens tamen potest talem terminum non producere, eo quod non habeat aliquod corpus, a quo circumponatur, quod contingit in nostro casu, nam licet motus ultimae sphaerae sua natura producere ubi circumscriptivum, per accidens non producit illud, quia extra se non habet corpus a quo circumscribatur.

Obiicies 4.o: Ultimum caelum est nobilissimum corpus, ergo debetur illi nobilissimus modus essendi in loco, sed melius est esse in loco in actu, quam in potentia; ergo est actu in loco. Respondeo quod esse in loco circumscriptive, et in actu dicit imperfectionem dependentiae ab alio tanquam a continente, et ideo ultimo caelo quia nobilissimo non convenit esse in loco actu et circumscriptive.

Ad caelum de quo fit mentio, hoc dubium discussum esse propter Aristotelem, qui tantum cognovit octo sphaeras caelestes, nempe septem planetarum, et firmamentum, sive caelum stellatum, quod appellavit

Primum mobile, et in hac tantum solum inquiritur quomodo primum mobile sit in loco et moveatur; inter catholicos vero nulla est circa hoc difficultas, cum doceat fides esse cælum empyreum, supra firmamentum, quod cælum est immobile, et quies, et patria perpetua beatorum nullum habet motum.

Q. 5.a An supernaturaliter duo corpora possint esse simul in eodem loco

Certum est naturaliter loquendo duo corpora non posse simul esse in eodem loco, quia ad hoc erat necessaria eorum penetratio, quæ naturaliter est impossibilis, ut experientia ipsa demonstrat, nam ad introductionem unius corporis in loco expellitur aliud ab eodem loco, et tota difficultas resolvitur ad potentiam Dei absolutam.

Sit conclusio: duo corpora supernaturaliter possunt esse simul in eodem loco; quæ est communis inter Thomistas et est de fide, et probatur: nam corpus Christi Domini exivit in sua nativitate clauso utero Virginis, et in resurrectione exivit de sepulchro lapide immutato, et venit ad discipulos clausis januis, et cælos penetravit, nulla facta divisione eorum; quia de potentia Dei absoluta non repugnat penetratio duorum corporum; ergo possunt esse simul in eodem loco.

Dices 2.o cum Durando, Christum nasci potuisse ex utero dilatatis partibus, et absque corruptione uteri egredi, eo modo quo in statu innocentiæ caruerunt ... ; similiter egressus fuit de sepulchro, quia corpus gloriosum ita potuit se constringere, ut exiret per minimum foramen: et ad discipulos potuisse intrare januis vel ostiis apertis et iterum clausis.

Sed contra: nam prima solutio multum derogat summæ Virginis integritati, unde in statu innocentiæ feminæ parientes sine dolore virginalem integritatem conservarent, et tamen miraculum in nativitate Christi fuit integritas Virginis Mariæ parientis.

Secunda solutio fallacia, nam talis Constrictio corporis non potest Constringi sine magna alteratione, itaut partes essent condensatae, quod corpori glorioso non conuenit = Solutio 3a opponitur immediate [illegible] inquadrituri [illegible] sicut cum feni? sicut clavus. De pur 2o, nam expulsio unius corporis a loco alterius est effectus trinae quantitatis, sed haec potest suppleri a deo, quia potest impedire ne unum corpus ab alio expellatur, et ita erunt in eodem loco, maior patet, nam effectus trinae quantitatis est extensio partium in ordine ad se, ad quam sequitur essentialiter trinae extensio in ordine ad locum, expulsio in loco, [illegible] trinae [illegible] incarnationis impedit existentiam, [illegible] creatam in humanitate assumpta, quia habent [illegible] tur trinae, sed quod unum corpus quantum expellat aliud a suo loco est effectus trinae quantitatis, quod potest suppleri a deo.

Dices, nam expulsio corporis a loco alterius est effectus trinae privativus valde infimus, sicut expulsio unius formae substantialis a digressum alterius, [illegible] ex passione [illegible] praeexistentis [illegible] expulsionem corporis praeexistentis in loco = [illegible] quod [illegible] nam effectus trinae privativus valde infimus, quod ex impositione illius, sequitur impeditio trinae, ut in formis substantialibus, [illegible] [illegible] non [illegible], effectum [illegible] cum natura ex impositione, et supplemento expulsionis unius corporis a loco alterius non impediatur trinae effectus quantitatis, [illegible] extensio partium in ordine ad se, ideo expulsio unius corporis a loco alterius non est effectus privativus valde infimus.

primo arg. pro dicta sententia [illegible] effectus talis alicuius formae [illegible] impediri [illegible], seu expulsio unius corporis a loco alterius est effectus talis quantitatis [illegible] quae [illegible] nequit impediri

Confir. nam impenetrabilitas non distinguitur realiter a quantitate, quo repugnat duo corpora esse quanta, et non esse impenetrabilia quod duo corpora nunquam penetrabuntur, neque erunt in eodem loco

Respondeo darg. dist. mai.; effectus vitus formalis rerum primarius non potest impediri posita ipsa forma conc. mai.; effectus secundarius posita forma nego mai.; ad confir. Respondeo quod impenetrabilitas radicalis non distinguitur realiter a quantitate, et ita positis duobus corporibus quantis habentibus impenetrabilitatem radicalem cum qua non opponitur penetratio actualis, quae attenditur per ordinem ad potentiam divinam, et ita corpora naturaliter impenetrabilia, supernaturaliter penetrata sunt.

2° arg. duo quanta successiva non possunt simul penetrari, ergo quod duo quanta sint in mane, sicenim tolleretur successio diurum, ergo neque duo quanta permanentia possunt esse simul in eodem loco. Confir. nam una pars corporis non potest penetrari cum alia, ergo neque unum corpus quantum potest penetrari cum alio; conseq. patet ex rationis paritate, et antecedens probatur; nam esse quantum est habere partes extra partes, et destrueretur si una pars penetraretur cum alia, et contentum

ad arg. Respondeo negando conseq. et negatur paritas, nam ratio successivi essentialiter petit unam partem esse post aliam, et ita si partes essent simul tolleretur successio; quantitas vero permanens quia non est successiva non repugnat eodem instanti esse simul cum alia in eodem loco = ad confir. Respondeo negando, et ad probationem dico quantitatem essentialiter petere quod una pars sit post aliam partem in ordine ad se, vero in ordine ad locum et ita ex penetratione partium non sequitur, quod una pars non sit extra aliam in ordine ad se, salva manente quantitatis essentia

9.º 8.; Videm et idem corpus supernaturaliter possit esse in duobus locis circumscriptive

Pro decisione dubii nota, quod esse in loco circumscriptive nil aliud quam quantitatem locati commensurari cum quantitate loci, ita ut totum locatum toti loco correspondeat, et partes locati partibus loci; ex quo infertur unum et idem corpus posse esse in uno loco circumscriptive, et in alio definitive, ut corpus Christi D. est in coelo extensive et circumscriptive, et in mysterio eucharistiae sacramentaliter et definitive; unde solum est difficultas, an idem corpus sit circumscriptive in duplici loco saltem supernaturaliter. Pars negativa tradita a divo Thoma in primo dist. 44 quaest. 2ª art. 2º, ubi ait, unum corpus esse simul localiter in duobus locis non potest fieri per miraculum; et quodlibeto 3º art. 2 ait, unum corpus esse in duplici loco circumscriptive est ponere duo contradictoria simul vera; ergo ex mente divi Thomae, neque supernaturaliter unum corpus circumscriptive potest esse in duplici loco. Probatur ratione, nam de ratione loci circumscriptivi est quod circumscribat et locatum comprehendat per adaequationem cum illo, quod implicat locatum comprehendi et circumscribi ab uno loco, et simul esse extra illum in alio; quod patet, nam alias talis locus erit adaequatus ut supponitur, et non esset adaequatus, eo quod locatum est etiam extra talem locum. Dices; corpus comprehendi et adaequari a loco solum petit adaequationem et commensurationem locati ad locum, quod invenitur etiam si

Unum corpus à duplici loco circumscribatur, nam talis adaequatio non petit quod locatum non sit extra locum = Id contra, nam locus circumscriptivus et adaequatus continet locatum ut bis intra quem est, sed id quod continetur in alio tanquam in intro, nequit esse extra illum, ergo neque pars locati nec totum locatum potest esse extra locum à quo circumscribitur, ut sit in alio; maior patet; nam superficies corporis continentis, et est eius intrinseca illius, et ex eius parte locati; minor patet; nam trius extremum ultra quod nihil potest inveniri, ergo quod continetur in aliquo ut intro nequit esse extra illud. + Dicitur secundo, nam si unum corpus posset esse in duplici loco circumscriptive, etiam posset esse in tribus vel pluribus, ergo etiam posset esse ubique et immensum; sed hoc implicat, ergo idem ex quo sequitur; sequella patet, quia non esset maior ratio unius quam alterius; falsitas vero consequentis patet, nam esse immensum est proprium attributum solius Dei. Confirmatur: nam si idem corpus per proprias dimensiones circumscriberetur a duplici loco, tale corpus esset indivisum, et divisum à se ipso, sed hoc implicat, ergo etc. probatur sequella, nam esset indivisum quatenus unum, et esset divisum quia adessent distincta loci [illegible]; corpus esse divisum localiter non vero entitative nam ex divisione locali non bene infertur divisio entitativa, sicut ex indistinctione duplicis corporis penetrati in uno loco, non vero infertur identitas entitativa; sed contra, quia nequit intelligi divisio localis corporis quantitative sine divisione entitativa eiusdem; probatur, nam dividi corpus quantum, nihil aliud quam ita poni in loco

Ut interponatur aliud corpus medium continuatum cum
extremis illius, utrumcumque corpus esset Romae et Ulyssip-
pone quantitas illius esset divisa, quia inter Romam et Ulys-
siponem mediant multa corpora unita cum extremis
quantitatis illius corporis, quae ex dicta divisione locali
recte infertur divisio entitativa corporis et eius quanti-
tatis. Confir. 2° etc. nam sequerentur
plura inconvenientia, nempe quod illud corpus in uno
loco fame periret, et frigore, in alio esset saturatum et
cum summo calore, hic dormire, et alibi vigilare, in
uno loco odio haberetur a Deo, in alio amore prosequeretur,
in quibus inconvenientibus, et aliis ridiculis maxime di-
stant authores sent. oppositae. Primo arg. pro dicta sent. quam
defendit, Schotus, Suarez, Conincus, et noster Castrius, atque alii
extra scholam Divi Thomae, et sic, nam si implicaret omne
corpus esse indivisibiliter circumscriptive, maxime quia
locatum comprehenditur et adequatur a loco, sed hic ratio
nulla, ergo etc. min. prob., nam iisdem rationibus probaretur
Christum Dominum non posse existere in sacramento Eucha-
ristiae, quia est in caelo modo circumscriptivo =
Confir. nam etiam sequeretur
Christum Dominum non posse esse in pluribus hostiis con-
secratis, quia esset divisum, et non diuidi sine ipso
ubicat separatio reij; ad arg. Resp. conced. maj. neg. min., et ad
prob. dico, non convinci quod Christus D. qui est in caelo circum-
scriptive non possit esse in eucharistia sacramentaliter,
ratio est, nam unius loci circumscriptivus adaequatio ex-
hauriit virtutem locabilem, quam habet corpus ratione
quantitatis; eo quod ibi ex eius adaequate illius, non

Vero est, habuit virtutem ad esse in pluribus locis, vi conversio-
nis alterius subst. in ipsum; et ita Christus D. est in unico
loco circumscriptive ratione quantitatis, et est in pluribus aliis
sacramentaliter, et modo indivisibili propter conversio-
nem subst. panis in Christi Corpus; et ita manet ui rationis
in eo quod unum corpus repugnat esse in duplici loco circum-
scriptive. Ad confirm. Resp. negando sequelam, nam
etsi Corpus Christi sit in pluribus hostiis consecratis in infini-
tum sincategorematice, non sequitur esse ubique, et immensum,
quia est in hac numero hostia ex vi conversionis subst. panis
in ipsum, et in alia hostia ex vi alterius conversionis: neque
sequitur Corpus Christi esse divisum et indivisum, quia
est indivisibili modo in sacramento Eucharistiae, neque ad-
ditur quantitas nova, sed illa quam habet in caelo ponitur
in eucharistia modo indivisibili, et ita manet entitative
indivisus. Arg. 2o. Ita difficilius est unum corpus
esse in uno loco circumscriptive, et in alio sacramentaliter,
sicut esse in duobus locis quantitative, sed primum non re-
pugnat in sacramento Eucharistiae, ergo neque absolute
ultimum repugnat. Maior prob. nam difficilius est habere
duplicem positionem oppositam ad essendum in loco, ut esse
quantitative, et sacramentaliter, quam habere duas
positiones non oppositas ad essendum quantitative in duplici loco,
ergo etc. Resp. negando, et eius probationem, nam duae positiones
ad habendam duplicem positionem localem quantitativam
sunt incompossibiles inter se, quia quaelibet est adaequata
virtuti locabili, et ita multiplicarentur, et non quantitas
corporis, darenturque distinctae; praesentia autem quan-
titativa localis non est incompossibilis cum praesentia sacra-

Sacramentali, qui praesentia in caelo convenit Christo
rationi propriis quantitatis et sacramentali praesentia conve-
nit illi ratione propriis substantiae, ut ille illi in quod convertitur substantia
panis. 3° arg. Christus Dominus apparuit divo
Petro et Paulo in proprio corpore, et tamen non decessit a caelo,
quia usque in diem iudicii non descendet, ergo tunc Christus Domi-
nus extitit in duplici loco circumscriptive extensive = Conf. 2°:
nam saepe Christus Dominus apparuit in eucharistia ostendens
suam carnem sanctissimam localiter extensam, et tamen
erat in caelo, ergo fuit Christus utroque loco modo quantitativo.
ad arg. 3° concessi, nego min., nam
in illo casu Christus Dominus reliquit Caelum per brevem
modulum, ut docuit divus Thomas 3a pte. quaest. 17; quod
autem usque in diem iudicii non descendit de caelo, intelligendum
est esse in caelo, ut in loco sibi debito ad gloriam et honorem
ostentationem suae virtutis, neque in illo eventu [illegible]
turbantur laetitia beatorum ex absentia Christi, nam in loco
ubi erat, poterat illos laetificare = ad conf. 2° Rx, quod vero
caro Christi potest apparere in propria specie, et videri
extensa in Eucharistia, nisi desinat esse in caelo; appare-
ret autem corpus Christi cum aliquam apparitionem in
corpore assumpto. Arg. 4°; nam in uno loco possunt
divinitus esse duo corpora, ergo et unum corpus in duplici loco,
patet cons. ex paritate rationis, et insuper suo, nam una quan-
titas non sufficit reddit corpus aptum ad extensionem localem
ergo in uno corpore ponunt Deus duplicem quantitatem
tale corpus erit in duplici loco. = Rx conc. ant., n° cons., et disp.
paritas est, nam quod duo corpora sint in uno loco fit per
supplementum effectus formalis quantitatis, et in hoc nulla videtur
implicatio; quod vero unum corpus sit in duplici loco circums-
criptive affert plurima inconvenientia in nobis [illegible]

Ad tertium nego cons. Re implicare esse duplicem quantitatem in eodem corpore; nam licet a diui Thoma dicatur dentia: illo numero distincta n[on] possunt esse in eodem subiecto; hoc etiamque permisso destruitur casus quaestionis, quia solum procedit de corpore habente quantitatem unam, non vero duas.

Disp; 2a; de vacuo.

quaest. prima, quid sit vacuum, et an detur in natura

Pro desitione quaest. nota vacuum esse duplex, unum improprium et negatiuum, quod est spatium imaginarium et inane, quod imaginamur esse extra caelos, et quod a nobis intelligitur in hoc uniuerso ante mundi constitutionem, aliud e proprium et rigorosum, et e concaua superficies n[on] repleta corpore, ut superficies vasis nullo corpore repleta; de vacuo negatiuo nil uenit dicendum, et ita totum dub. procedit de uacuo proprie sumpto. Sit prima dc., vacuum e locus n[on] repletus corpore; quia de ipso communiter recipitur a philos., in qua locus ponitur loco generis, alij vero particulae loco differ.; Sit dc. 2a; naturaliter loquendo vacuum n[on] potest dari, ratio est; nam Deus et natura nihil frustra faciunt, sed si daretur vacuum esset omnino frustraneum, quia n[on] erit bonum totius uniuersi, uel alicuius particularis, ergo naturaliter loquendo mondatur vacuum in natura.

Prob. dc. 2a; experientia nam si fistula uel aliud simile in quo aqua aer abstrahatur, statim aqua contra inclinationem naturalem sursum ascendit, alias esset nihil ad replendum locum, quem reliquit aer: quae experientia aperte probat n[on] dari in natura vacuum, similiter si accumatur amphora et abstrahatur aer, statim frangitur, quae quidem alia simillia operatur natura ad vitandum vacuum

Dices 2° rationem, Si vas plenum aqua calida, et undique clausum circumtegatur niue, vel ponatur in loco frigido tunc aqua frigefiet et congelabitur, et propter suam densitatem minorem locum occupabit quam antea, ergo intra vas dabitur vacuum. Rx vel aqua non condensaretur, Deo cohibente talem condensationem propter bonum universi, vel si congelaretur, vas frangeretur, etiam si adamantinum esset. Dices 2°; Si duae tabulae perfecte planae ita essent coniunctae, ut nihil mediaret inter eas, et tabula superior velocissime eleuaretur, tunc daretur necessario vacuum, nam aer circumstans quod replere poterat illud vacuum, plus poterat immorari in suo motu ad vacuum replendum, quam detineretur tabula superior in suo motu velocissimo ad sui eleuationem.

Rx tabulam superiorem non posse disiungi ab alia, si modo dicto eleuaretur, sed secum traheret aliam tabulam, nec hoc mirum videatur, nam constat experientia, tabulam planam in pariete simul eleuari ab alia, quin etiam utraque tabula in sublime feratur: vel alio modo Rx quod illud vacuum repleretur statim ab aere circumstanti.

q. 2a; V per virtutem Angeli possit dari vacuum

Res est negatiua et communis, ratio est, nam si ab angelo vacuum causaretur immutaretur ordo et dispositio corporum naturalium, in eo consistens quod unum corpus sit contiguum cum alio, sed immutare, et inuertere ordinem naturae [illegible] alicuius creaturae, sed authoris illius

Quia vacuum non potest causare per virtutem Angeli. Dico 2° Corpora cedunt Angelis moventibus ad motum localem, quia si fistula contigua aeri asseratur, aer potest ab Angelis impediri ne aquo ... rsum accendat, et tunc Angelus causavit vacuum. = R. Corpora cedere Angelis in ordine ad motum, quia propter bonum universi neque Angelus potest impedire motus hominis vel alterius creaturæ, licet habeat dominium in aliis motibus corporis, non propter bonum universi, sed alicujus particularis creaturæ.

Dico 3°, virtus naturalis corporis ad replendum vacuum est finita, quia potest vinci ab alia virtute majori etiam finita, qualis est angelica; Recte autem, quoniam licet virtus qua natura resistit vacuo sit finita, tamen virtus qua nunquam in universo non potest vinci ab alia virtute finita etiam majore, quia non potest invertere neque mutare ordinem, et substantialem colligationem partium universi.

Quæres an de potentia absoluta Dei possit dari vacuum in natura, R. affirmative, ratio est nam potuit Deus creare Cœlos, Spheras non creatis elementis, sed tunc totum spatium maneret vacuum, quod intentum. Præterea potuit Deus denegare concursum aquis ne repleat locum quem relinquit aer, sed in tali casu locus non esset corpore repletus, et sic esset vacuus, quod de potentia absoluta Dei potest dari vacuum in natura.

Q. 3ª V, moveretur corpus per vacuum si daretur

Pro declaratione dubii nota quod vacuum aliud determinatum quale esset spatium inter cœlum et terram casu quo Deus vellet omnia corpora media destrueret, quod vacuum dicitur determinatum, quia habet terminos, nempe superficiem

Coeli et terrae, aliud vacuum indeterminatum, quod nullum habet situm; ultra praeteram illud quod supra coelum apprehendimus, ac vocatur quae vacuum negativum.

Sit 1a: in vacuo determinato non repugnat dari motum localem; et quia non repugnat ex parte corporis, nam corpus positum in vacuo est mobile ab intrinseco localiter, ergo corpus potest per vacuum moveri, neque repugnat ex parte termini ad quem, nam potest mobile approximari vel recedere ab aliquo corpore posito in vacuo, quod est acquirere distantiam sibi convenientem = Confirm. nam si inter superficiem coeli et terrae nullum corpus mediaret, tunc lapis positus in primo coelo per vacuum motum acquireret terram tanquam proprium locum, quod idem est quod si daretur vacuum corpus moveretur per illud.

Dices 2o: quod licet illud non repugnat ab intrinseco mobile, non tamen posset per vacuum moveri, quia motus inferiorum corporum dependet ab influentiis coeli, quae in tali casu non influerent, quia agens naturale non potest agere in subiectum remotum, nisi prius agat in proximum, et contiguum = Rx quod licet naturaliter motus inferiorum corporum pendeat a coelorum influentiis, talis tamen dependentia dispensabilis est, ita ut sine illis per aliquod breve tempus motus possit exerceri, quia prima causa talem influentiam supplebit (?)

Sit 2a: in vacuo indeterminato potest dari motus ortus a gravitate vel levitate corporis (?) ratio est, nam in tali vacuo non posset assignari locus sursum et deorsum, neque esset ratio, quare unus locus esset superior potius quam inferior, ergo cum motus gravis tendat deorsum, et levis sursum, corpus positum in

Quia cum non potest causare per virtutem Angeli; Dices
Ita corpora obediunt Angelis in ordine ad motum localem
quod si ex ampulla contigua aer auferatur, aer potest angelus
impedire ne aqua sursum ascendat, ergo tunc Angelus
causabit vacuum. R. Corpora obedire Angelis in ordine
ad motum, quietem propter bonum universi, neque angelus
potest impedire motus horum vel alterius creaturae, licet habeat
dominium in alios motus corporis non propter bonum
universi, sed alicuius particularis creaturae.

Dices 2°: virtus tenax naturalis cor-
poris ad replendum vacuum est finita, ergo poterit vinci ab
alia virtute maiori etiam finita, qualis est Angelica, ergo
causabit vacuum. R. nam licet virtus qua natura resistit vacuo
sit finita, tamen virtus quae vincere in universo non potest
vinci alia virtute finita etiam maiore, quia non potest
invertere neque mutare ordinem, et
subordinationem partium universi.

Quaeres an de potentia absoluta Dei
possit dari vacuum in natura. R. affirmative, ratio est, nam
potuit Deus creare solos caelos non creatis elementis, sed
tunc totum spatium maneret vacuum, ergo [illegible]
praeterea potuit Deus denegare concursum aquae ut re-
pleat locum quem reliquit aer, sed in tali casu locus
non esset corpore repletus, ergo esset vacuus, ergo de potentia
absoluta Dei potest dari vacuum in natura.

~~q. 3. an moveretur corpus per vacuum si daretur~~

q. 4. an motus in vacuo fieret in instanti vel
= in tempore =

Sit 3.um, Si Corpus moveretur per vacuum esset in tempore
et non in instanti; 2.o probatur; nam si in coelo lunae poneretur
Columna pertingens usque ad terram et spatium inter
coelum et terram esset vacuum; tunc corpus habens mag
nitudinem unius ulnae v.g. et descenderet iuxta illam co
lumnam usque ad terram, non posset simul et in eodem
instanti illud corpus esse extra omnes partes Columnae, quae
esset prius iuxta et extra aliquas partes usque dum
perveniret ad ultimam, ergo in tali casu consumeret
tempus in tali motu, antecedens probatur; nam corpus exiguae
quantitatis non posset simul et semel correspondere omnibus
partibus corporis maximae quantitatis

Dices 2.o transitus motus in vacuo
fieret in instanti maxime quia mobile non inveniret
resistentiam in medio ad illud percurrendum, sed hoc
non obstat, quod; minor patet; nam posset oriri retardatio et
successio motus ex distantia extremorum, nam si mobile tran
siret totum vacuum minus retardaretur, et haberet suc
cessionem ex gravitate corporis, siquidem experimur
quod per idem medium gravia corpora velocius des
cendunt quam leviora. Dices 3.o; eo minus tempore con
sumitur in motu, quo minor est resistentia in medio, sed
nulla est resistentia in vacuo, quare nullum tempus consu
metur in motu, et erit instantaneus = Confirmatur, nam si de
sol diffundit in instanti totam lucem, quia non invenit
resistentiam in medio nempe aerem, quomodo quies
ptemdis non habet resistentiam sed in instanti, sed in
vacuo nulla est resistentia, ergo intentum; Respondeo concedo
quod medium non resistat, non consumitur tempus in motu ra
tione negationis resistentiae, sed ex alio capite non coam

potest enim consumi tempus vel ratione distantiae extremorum, vel ratione levitatis corporis, ad contrarium. Ad illuminationem dico fieri in instanti, tunc quia non invenitur resistentia ex parte medii, tunc quia est proprium qualitatis operativae utpote requisitis ad operandum quantum est ex se operari in instanti, corpus vero mobile licet non habeat resistentiam ex parte medii, tamen propter gravitatem suam, et distantiam extremorum consumit tempus in motu.

Disputatio de tempore

Quaestio 1a: quid sit tempus, et an sit ens reale

Nota quod tempus triplicitur sumitur, primo late, pro duratione intrinseca cuiuscumque motus successivi. 2o sumitur proprie pro duratione motus mobilis primi, quae duratio est mensura extrinseca motus et corporum inferiorum, et intrinseca respectu motus mobilis primi. 3o sumitur pro duratione motus primi mobilis ut cumque, sicut ab intellectu determinata ad mensurandum motus corporum sublunarium distributa in determinatas partes, ut in horas, dies, menses, et annos; de tempore in 2a et 3a acceptione (parum enim inter se differunt) in praesenti agendum est. Sit prima dictio: tempus est numerus motus secundum prius et posterius, itaque quoniam explicatur; dicitur numerus numerans, quia licet est intrinsecus, et non discretus ante, quia tempus quidem continuum est, sed numerus realiter continuus est per intellectum discretus, nam intellectus assumit tempus ad mensurandum motus per illud, quod tempus dividitur; inde etiam dicitur motus quia est id quod per se et primo mensuratur tempore, dicitur secundum prius et posterius ut denotetur motus partium successivarum, quarum

transiit, et ii, et alia transitura, et nondum, unde desi
facit hunc sensum tempus est mensura motus habentis
partes, quarum una est post aliam

Pro 2a parte dubii sit 3a 2a, tempus
absolute et simpliciter est aliquid reale, licet requirat aliquas
fabricationem, per quam compleatur in esse mensurae
pars primarius, quod, nam tempus est duratio motus, sed
motus est aliquid reale, ergo et tempus, maior et minor sunt certae
et colligitur, nam duratio debet esse eiusdem cum re
durante, sicut eternitas est increata et infinita, quia
est duratio esse increati et infiniti; item motus et rebus
corruptibilibus sunt entia realia, ergo et tempus est aliquid reale

Pars 2a etc. ostenditur a dicto. Nam
etiam in hoc libro dicentibus tempus non esse nisi partes eius
numerentur ab anima; ratio est, nam duratio primi
mobilis non potest assumi ad motus mensurandos corporum
sublunarium, nisi continguntur, et dividantur ali
quis partes, quod fit ab intellectu comparante et annumerante
praeteritam partem cum futura, et unam ab alia
dividente, quae requiritur fidelitas intus, ut compleatur
tempus in esse mensurae.

Dices 2a primam dem, tempus est
quid continuum, quia male definitur per numerum
cum patet, nam numerus est species quantitatis discretae. Re
spondeo, quia numerus positus in definitione temporis est in re
continuus, et numerantium discretus, qui non opponitur
temporis continuitati.

2o Dices tempus non solum esse numerum
et mensuram motus, sed etiam subiti corruptibilis, quia non
debebat definiri per ordinem ad substantiam, quam per ipsum
numerum motus =

Ratio a parte rei compatibilis ideo mensuratur tempore, quia semper est in fluxu et tendente ad motum unde a patribus definitur tempus, ratione perordinem ad motum, et quasi ratio et materialiter perordinem ad id quod ad motum tendit.

Q. 2a. V. tempus realiter distinguatur a motu

Dicendum affirmative quam defendit Divus Thomas ... art. 2 ... quod in Deo duratio propria eius non distinguitur ab illo, secus vero in creaturis. ... ex mente Divi Thomae realiter distinguitur tempus a motu; ... mensura realis debet realiter distingui a mensurato, sed tempus est mensura realis motus, ergo tempus realiter distinguitur a motu. Confirmatur ... potest crescere tempore non crescente ... aliquis brevissimo tempore deambulare spatium unius leucae, quod aliter alius ... per ... , ergo potest crescere motus non crescente tempore, ergo tempus et motus distinguuntur realiter.

Dices 1a: duratio nihil aliud est quam persistentia et continuatio rei in suo esse, sed persistentia non distinguitur ab esse eius, ... ergo nec tempus a motu. ... ratio ... quod intelligamus rem habere esse persistens intelligimus eam durare ... pro solutione obiectionis nota quod continuatio et permanentia in esse est duplex, una fundamentalis, et alia formalis, ... uenit ... alterius superadditi ad existentiam ... talis ... unde infra dicimus persistentia fundamentalis in esse non distinguitur ab esse eius, ... persistentia formalis;

Dices 2o Deus potest producere substantiam nudam ab omni accidente, sed tunc illa substantia quia existeret haberet durationem, quae duratio esset ab illa non distincta — Confir. nam illud tempus distinguereturrealiter a motu posset dari sine illo, sed hoc non potest fieri, ergo tempus non distinguitur realiter a motu.

ad arg. Rx quod tunc illa substantia haberet durationem fundamentalem, non vero formalem et accidentalem; ad Confir. Rx quod licet tempus realiter distinguatur a motu non potest dari sine illo propter connexionem necessariam quam habet tempus cum motu, ut bene infertur. separatio unius ab alio.

Queris 3o; quomodo duratio realiter distinguatur a re durante? Pro quo nota quod aliqua durans alia est permanens, quae habet simul totum suum esse, et omnes suas partes, alia est successiva et habet unam partem post aliam; dico ergo quod duratio non distinguitur a re permanenti prout existenti, sed est idem cum existentia illius, et solum addit connotationem extrinsecam, et dependentiam ab actione continuante et influente, duratio enim omnibus successivis fit per additionem existentiae ad existentiam; quod verum est de duratione propria et intrinseca rei permanentis, ita mundi duratione extrinsecam, quae duratio est tempus, quod realiter a motu distinguitur.

Quod vero duratio in rebus successivis fiat per additionem existentiae ad existentiam patet, nam res successiva intantum est successiva in quantum una pars desinit et alia incipit, ergo duratio ibi non potest

Addictionem ad ex[illegible] priorem

q.ª 3.ª in quo differat tempus ab aliis durationibus.

[illegible] Triplex datur duratio, una est eternitas, quæ soli deo convenit primo et per se, et sic definitur a boetio, eternitas est interminabilis vitæ tota simul et perfecta possessio, dicitur tota simul, quia caret successione; dicitur possessio perfecta quia in eternitate nil expectatur ut futurum, sed totum est actualiter præsens eternitati, quæ caret principio et fine; 2.ª duratio dicitur evum, et est mensura propria Angelorum, sic quæ definitur, evum est duratio sine successione partium habens principium, et carens fine: 3.ª duratio est tempus, et est mensura propria rerum corruptibilium, de quo inquiritur quomodo ab eternitate et evo differat.

Sit 1.ª tempus realiter distinguitur ab eternitate, et evo, et etiam evum ab eternitate, et probatur; nam esse Dei increatum, et esse rerum corruptibilium, et incorruptibilium creaturarum differunt essentialiter inter se, et sunt ordinis diversi, sed eternitas est mensura Dei, et evum est mensura rerum incorruptibilium et tempus rerum corruptibilium, ergo istæ durationes differunt inter se essentialiter, patet cons.; nam eo modo quo distinguuntur mensurata inter se debent distingui mensuræ.

Principium autem unde provenit hæc diversitas essentialis durationum est quia eternitas est duratio rei invariabilis quantum ad esse et operari, ut est Deus; evum autem est duratio rei invariabilis quantum ad esse, variabilis tamen in sua operatione, ut est Angelus; tempus vero est duratio rei variabilis tam in esse quam in operatione, tunc sic iuxta hos gradus mutabilitatis et immutabilitatis

Subdenturque diversis durationibus, quae durationes sumunt scaturiginem essentialem quatenus sunt durationes rerum quae mutabiles vel immutabiles sunt.

Q. 4. Utrum tempus sit realiter presens non solum ratione instantium, sed etiam partium

Sit 1a conclusio: tempus existit ratione solius instantis; partes vero temporis non existunt per se, sed per partialem positionem existentis instantium; haec est Logicorum Thomistarum et defenditur a divo Thoma opusc. 44 capite 10 ubi ait: si aliquid successivum existeret non solum ratione alicuius indivisibilis sui, sed etiam quam aliquam partem, multae partes alicuius successivi simul essent, quod est contra rationem successivi, sed tempus est quid successivum, ergo solum est realiter presens ratione instantis indivisibilis, et non ratione partium.

Probatur ratione; nam de conceptu entis successivi est ut nulla pars existat simul cum alia, sed quod una transeat, et alia futura sit, ergo si tempus est successivum postulat quod partes eius non existant ratione sui, sed ratione instantis, at tempus est successivum, ergo non est presens ratione suarum partium sed ratione instantium; antecedens patet, nam quod est primum in ente successivo non est, sed transiit, et id quod est posterius nondum est, sed erit; confirmatur: nam tempus est numerus motus secundum prius et posterius, quae partes temporis sunt preteritum et futurum instantium, quoniam nulla pars est presens ratione sui, sed ratione instantis, prima consequentia patet, aliter tempus esset numerus motus secundum partem presentem, preteritam, et futuram, et sic eius definitio esset diminuta.

Primo arguitur pro sententia quam defendit Durandus, Suarez et noster Cavellus; in tempore

daturuere pars preterita et futura, quo etiam datur pars
presens pro se sui; probatur; quia nihil est preteritum, quod
prius non fuerit presens, quo si datur pars temporis preterita
hec fuit aliquando presens; Confirmatur: nam partes temporis pre-
tereunt pro se sui, quo pro se sui sunt presentes, et habent existentiam
Respondeo negando consequentiam; et ad probationem
ante negatur nihil est preteritum, quin fuerit presens per se, presens tamen
per se uel pro se alterius concedo; igitur pars temporis presens
est pro se instans, quod mediat inter partem preteritam
et futuram, illasque quasi connectens, proprium enim est
successiue temporis illum habere partem preteritam et
futuram, que existunt per unicum instans, in quo datur
una pars immediate preterita, et alia immediate fu-
tura. Ad Confirmatur: Respondeo concessa consequentia; nam ad hoc quod pars
temporis sit preterita, non requiritur quod pro se sui sit presens,
sed quod sit immediate futura, que immediata futuritio
intelligitur quo instans connectit partem immediate
preteritam cum immediate futura

2.º arg. si partes temporis existe-
rent pro se instantis, simul darentur in tempore pars preterita
et futura, sed hoc est falsum, quod id ex quo sequitur, probatur se-
quela, nam posito instanti daretur actu pars preterita
et futura, quia in eodem instanti inciperet pars esse preterita
et simul esset alia actu terminatiue sumpta, quo intentum.
Confirmatur: nam existentia instantis est indiuisibilis, quare non potest reddere
partes existentes, consequentia patet, nam existentia debet proportio-
nari cum re que existit per illam, sed partes sunt diui-
sibiles, existentia uero indiuisibilis, quare partes non existunt per
existentiam instantis

R. ad arg.m 1. sequellam, licet concedi possit in hoc sensu utraque pars esset simul, una initiatiue presens, alia uero terminatiue, nam instans reddit initiatiue existentem partem futuram, terminatiue uero partem preteritam quia consumitur existentia illius. ad confr. Rx, quod existentia instantis est taliter indiuisibilis, uirtualiter tamen diuisibilis, et ita potest reddere existentes partes diuisibiles

Rob

q.° 5. Quae res mensurentur tempore

Si primo dicitur tempus proprie sumptum pro duratione mobilis primi mensurat ipsum mobile cum illo subiectatur intrinsece; dicitur, nam multa sunt intrinseca alicui rei, et tamen non habent rationem mensurae respectu illius, quo tempus mensurat mobile primum, conspicitur; nam aeternitas est intrinseca deo, et tamen non mensurat eundem, quia quod est intrinsece cum aliqua re non potest esse mensura illius

Dices contra; quantitas intrinseca palmi non est mensura illius, sed quantitas extrinseca, quia ut aliqua sit mensura debet esse extra rem mensuratam. Respondeo quia arguis a non amplo ad amplum, licet enim multa mensurentur extra quantitate, hoc non requiritur ad rationem mensurae, unde ratio quare quantitas intrinseca palmi non est mensura nisi ipsius, non quia intrinseca, sed quia ante illam substantia non habet mensurabilitatem palmi

Si tertio quis dixerit immediate mensuratur a tempore intrinseca cuiuslibet subiecti corruptibilis, et mediante subiecto ipsa tempore mensuratur; primum patet et probatur; = =

Liber quintus phisicorum; Disp.o prima de prædicamentis ad que datur, et ad quem datur perse motus.

in praesenti disp.ne n. loquimur de motu late sumpto prout comprehendit instantaneas mutationes, num quod prohibet facta genera in ipsa sicut in ipsa, sed loquimur de motu proprie dicto prout solum comprehendit mutationes successivas, quae versantur inter duo positiva =

q.o 1.a quid requiratur, ut ad predicamenta detur perse motus, ubi etiam in quo motus, et mutatio differant.

Pro declaratione dubij nota dari per se motum ad aliquod prædicamentum nihil aliud esse quam quod tale prædicamentum sit per se terminus alterius successivi, sicut motus ut quantitas quae per se terminat motum augmentationis ad distinctionem relationis ad quam non datur per se motus, sed resultat ex positione fundamenti, et c.

Pro prima dubij parte sit 1.a: duae conditiones requiruntur ut detur per se motus stricte sumptus ad aliquod prædicamentum; prima est quod talis motus versetur inter duo positiva; ratio est nam iste motus est de subiecto in subiectum ad distinctionem mutationis instantaneae, quae sunt de non esse ad esse, ut generatio, vel ab esse ad non esse ut corruptio = 2.a conditio est quod talia sint inter se contraria; ratio est, quia cum terminus a quo et ad quem mutuo se expellant, necessario debent habere inter se aliquam oppositionem, quae contraria oppositio erit, quia uterque est positivus

3a conditio ut tales tres habeant latitudinem successivam percurrendam, ratione namque motus successivus habet continuationem et latitudinem, sed hic fere semper desumitur ratio, ut successio motus alterationis a calore producto. Sit 2a differentia pro qua dubitabitur motus et mutatio stricte dicta differunt per hoc quod motus versatur inter terminos positivos, mutatio vero per terminum positivum, et alterum negativum, quia motus est a contrario in contrarium, mutatio vero a contradictorio in contradictorium ut inter ea plures; sic docet mag. Joan. a S.to Thoma in hoc q. 16. art. 10.

Communiter assignantur tres species mutationis proprie dicte, prima que versatur inter utrumque terminum negativum, ut mutatio de albo, in nigrum, que proprie non est mutatio quia uterque terminus negativus est, 2a est que versatur inter terminum a quo negativum, et terminum ad quem positivum ut in generatione substantiali mutatio de non esse ad esse, 3a versatur inter terminum a quo positivum, et terminum ad quem negativum ut in corruptione transitus de esse ad non esse.

Queres an motus et mutatio essentialiter differant ex eo quod motus est inter terminos positivos contrarios, mutatio vero inter terminos contradictorios = R. diversitatem specificam motus et mutationis desumi a diversitate termini ad quem, qui sufficit positivus non causabit diversitatem motus et mutationis; que diversitas non desumitur a termino a quo quia accidentaliter se habet ad motum et mutationem

q. 2a; ad quem predicamenta detur per se

motus

Sit 2° ad predicamentum quantitatis, qualitatis, et ubi,
status per se motus, hic est com. inter Thomistas, et qui-
dem de predicamento ubi nulla est difficultas cum sit
evidens motum localem per se terminari ad adqui-
rendum ubi, quod etiam commune de qualitate ad-
quisita motu alterationis, nam motus non datur ad
qualitates tertiae speciei, quia in illis non inveniuntur
contrarietas requisita ad motum; solum restat id pro-
bare de quantitate, et id ratione formatur.

inveniuntur in quantitate omnes
conditiones ut ad illam detur omnes conditiones, quando-
nam quantitas habet latitudinem successive percu-
rrendam, nam pars posterior adquiritur post priorem
similiter quantitas adquisita per augmentatio-
nem non annihilatur quantitati preexistenti, et tan-
dem una et alia quantitas positivae, ergo quantitas
habet omnes conditiones requisitas ad motum per se.

Arg. primo, quantitati nihil
est contrarium, ergo non habet omnes conditiones requisitas ut detur
per se motus ad illam, ant. pat. auth. Phi. cap. de
quantitate asserente illi nihil esse contrarium, pro-
ut probatur, nam magnum et parvum, opponuntur
relative non contrarie, quod deficit quantitati una ex
conditionibus ut ad illam detur per se motus.

Pro solutione argumenti nota con-
trarietatem sumi dupliciter, primo pro contra-
rietate specifica inventa inter duas species;
quae sub eodem genere maxime distant, et ab eodem
subiecto mutuo se expellunt, 2° sumitur minus pro-
prie pro contrarietate quasi terminativa, quae
datur quando inter duos terminos est dicta, vel latitudo percurrenda

R. Contrarietatem primam negari in quale a Philo-
sophis enim quantitas ut linea et superficies non contra-
riantur nec vero negatur 2a Contrarietas, ad probationem de-
sumptam ex eo, dico quod licet Comparatio inter
magnum et parvum relative ponuntur, nec eo qua-
tenus terminant Proti distinctio Corporum materialium
nam quantitas magna et parva facit maiorem vel mi-
norem extensionem in materialibus Corporibus, et hæc
est sufficiens Contrarietas ut ad quantitatem dicatur
perfecte motus. 2o arg. quod advenit in unus Contrarius
expellitur aliud ab eodem subiecto, sed eadem quantitas quæ
erat minor manet postea quod fit maior, quoniam magnum
et parvum non opponuntur [illegible], ac per consequens ad quan-
titatem non datur per se motus. R. dominum quantitas
quæ erat minor permanet materialiter tamen ipsam
realitatem quod postea fit maior Comm., manet formaliter
quantum ad rationem minoris non omnino; nec enim manet quan-
titas sub ratione minoris siquidem acquirit partes no-
vas et maiorem terminationem, etiam manet ut
formaliter minor, sed materialiter entitas minoris, quæ
Contrarietas sufficit ut ad quantitatem detur per se
motus.

3o arg. non potest dari augmentatio quan-
titatis nisi ad rationem nutritionis, sed ad quaesita nova
parte subiecti per nutritionem acquiritur nova quan-
titas partialis, quoniam requiritur novus motus ad quan-
titatem praeter illum qui terminatur ad substantiam
novam; minor patet, aliàs posset naturaliter dari substantia
sine quantitate.

R. quod subtracta est solum utriusque finalis nutritionis, quantitas vero etiam finalis augmentationis, et licet quando producitur nova pars substantiae, producatur etiam pars quantitatis, hoc non est quia pars quantitatis sequatur partem substantiae ut passio illius, sed quia unus et alter motus habent inter se talem connectionem ut posito uno sequatur et alter.

Q. 3a. ad quae praedicamenta non datur per se motus

Sit prima dicendum ad substantiam non datur per se motus, ratio est nam substantia ratione sui non habet latitudinem successive percurrendam, et illi nihil est contrarium, ergo ad substantiam non datur per se motus, antecedens probatur nam substantia ratione sui est indivisibilis, et ratione quantitatis habet latitudinem, et divisionem partium, quae non habet quod requiritur ut detur per se motus

Dices contra substantia ignis introducitur paulatim et successive, ergo ad illam per se datur motus successivus. R. negando antecedens, nam substantia ignis corrumpitur per generationem, quae cum sit instantanea habeat esse in instanti debet produci, ut omisso antecedente negatur consequentia, quia illa successio non oritur per se ex ratione acquisitionis per generationem substantialem, sed ex latitudine qualitatis contrariae, quae expellitur ad introductionem ignis

Sit 2a dicendum ad relationem, actionem et passionem et alia praedicamenta non datur per se motus ratio est, nam relatio resultat ex positione termini et fundamenti quo non datur ad illam per se motus: similiter ad ubi non datur per se motus, sed actio et passio identificantur realiter cum motu, ergo ad illa non datur per se motus

Quoad aliqua vero, nam [illegible] quo resultat ex relatione rei temporalis, situs resultat ex ubi quod etiam motus localis, habitus resultat ex applicatione vestis, qo adeoque per se non datur per se motus, conseq. patet, nam id quod resultat ex posa alterius nequit per se terminare motum.

Disp. 2a. de Unitate et Contrarietate motuum

Q. 1a. Unde Sumatur Unitas motuum

Si primo dicimus motus sumit suam unitatem, et distinctionem expecificam a termino ad quem, non vero a termino a quo, ratio e nam motus essentialiter respicit terminum ad quem et e via ad illum qo specificatur a termino ad quem = Dices Contra motus etiam respicit terminum a quo, qo ab illo specificatur, probatur conseq. nam ideo specificatur a termino ad quem, quia respicit illum. Respondeo neg. ant. motus respicit terminum a quo taliter ut non sui [illegible], materialiter [illegible], idem enim motus respicit terminum a quo quia e accessus ad terminum ad quem, et recessus a termino a quo, qui respectus quia materialis ad rationem specificativam non conducit.

Si tandem unitas numerica motus desumitur ab unitate mobilis primi, [illegible], et temporis, ita cum Compl. et Ioan. a Sto. Thoma, et prior dupliciter probatur, quia motus e accidens, qo eius unitas numerica petit unum numero subiectum, conseq. patet, nam unum numero accidens nequit esse in duplici numero subiecto pariter etiam de [illegible], nam hic numero motus essentialiter est via ad hunc numero terminum, qo sicut motus inde accipit unitatem numericam a termino, ita hic numero motus sumit unitatem ab hoc numero termino =

Sic etiam de tempore, nam si motus non continuaretur tempore non esset unus motus, sed multiplex, etiam si continuaretur quod ad unitatem motus requiritur unitas numerica temporis. Dices contra quod aliquis motus vitae locali continuus per spatium unius diei amittit et acquirit diversa ubi, et tamen unus est motus et numero, quod ad unitatem numericam motus non requiritur unitas numericam. Respondeo in illo motu locali esse plura ubi partialia et inadequata unum adequatum constituentia in quo ultimo sistit mobile, reliqua vero ubi in quibus mobile non sistit, potius habent rationem connotantis partis motus, quam rationem termini. Secundo dices contra probando non requiri unitatem mobilis ad unitatem motus; ratio est nam si cum aliquis praecipitetur a turri, et in medio itinere moriatur, tunc ille motus erit unus motus numero et tamen non perseverat idem mobile, quod ad unitatem motus non requiritur unitas mobilis. Respondeo negando maiorem, nam in tali casu diceretur continuaretur motus propter continuationem mobilis, et licet sensibus videretur idem motus numero certe fallerentur, quia in instanti quo corpus moreretur inciperet alius numero motus licet continuus praecedenti.

Q. 2a; Unde sumatur contrarietas motuum

Si prima est: contrarietas duorum motuum sumitur ex contrarietate terminorum ad quos non vero ex contrarietate terminorum a quibus; ratio est, quia termini ad quos

tribuunt speciem motibus, quo et Contrarietatem, cum quatenus nam ab illo accipit motus Contrarietatem specifice et formaliter, à quo accipit suam speciem, nam unitas et diversitas et oppositio Consequuntur proprium specificativum cuiuscumque rei

Sit dico 2o Contrarietas adequata motuum etiam desumitur ab iis à quibus materialiter tamen et consecutive, ratio est nam licet terminus à quo non specificet formaliter motum tamen respicitur ab eis materialiter, unde si adequata Contrarietas motuum attendatur, etiam concurrunt ad illam termini à quibus

Hic Solet inquiri an idem mobile motibus Contrariis simul moveri possit, pro quo suppono ut certum idem mobile simul posse moveri per accidens duobus motibus Contrariis, ut patet in nauta qui per accidens movetur ad motum navis, et idem mobile secundum unam partem potest simul moveri motu Contrario ac movetur secundum aliam ut patet in eo qui frigidam habet unam manum et aliam calidam, sed tamen restat difficultas si mobile secundum unam et eandem partem an idem mobile secundum unam et eandem partem simul possit se movere motibus Contrariis.

Sit prima dico idem mobile non posse simul moveri duplici motu locali Contrario, ratio est quia ubi quod acquiritur per motum localem est adequatum locato, posito datur duplex ubi locus posset duplicitur locato, qui simul et nullum erit adequatum locato; Sit 2a idem mobile potest simul moveri duplici motu contrario alterationis in gradibus remissis et diversis tamen

Hinc sequitur defendi Joannes a S. Thoma, ratione, nam in alteratione in gradibus remissis ut calor et frigus sunt compossibiles in eodem subiecto, quatenus motus terminati ab illis, ut patet, quia agens non impeditur agere nisi ratione maioris; in quantum compatitur eius effectus, quo gradu mobile movetur ad frigus in remisso gradu remanet potentia ad calorem receptionem etiam in gradu remisso, et de mobile simul poterit moveri in gradibus remissis duplici motu contrario alterationis; at pars secunda patet, nam sicut alterationes in gradibus intensis non sunt simul compossibiles in eodem subiecto, ita nec motus terminati ab illis.

* Liber Sextus phisicorum

Disp. 1a. de Continuo.

Nomine continui intelligitur corpus quantum constans ex partibus integralibus sibi co-copulatis, quibus dividitur in permanentem ut linea, et successivum ut motus; tractatur in hac disputatione de continuo in communi, et iis quae ad eius constitutionem spectant, et ita constabit ex dicendis quid de quolibet in particulari sentiendum sit.

Quaestio 1a. V. in continuo sint actu indivisibilia et realia

Pro dilucidatione dubii nota, quod indivisibile aliud est simpliciter tale, ut punctum, nunc temporis, aliud est indivisibile tantum quid ut linea, quae licet tum latitudinem dividi non potest, bene tamen tum longitudinem. Nota, quod indivisibile est triplex initiativum, continuativum, et terminativum; indivisibile initiativum est quod incipit corporis quanti, continuativum copulat partes illius, et terminativum finit illud.

Sit prima assertio: in quolibet continuo dantur actu indivisibilia continuativa, et terminativa

Ut in linea puncta, in superficie linea, in corpore superficies ut indivisibilia compositionem, et in tempore instans; quod intelligitur de continuo tam permanenti, quam successivo, et probatur, quoniam continua realiter se tangunt, et quidem talia dicuntur essentialiter a continuis, ideoque difficile potest intelligi, nisi in continuo ponantur indivisibilia partium continuativa; ergo intentum; minor probatur, nam ablatis indivisibilibus a [illegible] partibus [illegible] remanent aliquid quomodo talis partes uniantur, quo erunt partes continui, et in continui, neque erit aliqua differentia inter continuum et contiguum; quod

Sint indivisibilia, probatur; namque [illegible] quantitas est finita et limitata, ergo debet habere aliquid a quo terminetur, sed hoc est punctum indivisibile, ergo in continuo dantur terminativa indivisibilia; minor probatur, nam terminatio partium nequit provenire ab aliqua parte, quia cum quaelibet pars sit ulterius divisiva nequit assignari aliqua quae sit ultima. Sit tertia: indivisibilia continui sunt entia positiva et realia; probatur, nam indivisibilia continui realiter terminant continuum, ergo sunt entia realia positiva; consequentia patet, quia negatio vel parum nihil, non potest realiter continuum terminare; ergo si realiter terminant continuum indivisibilia erunt entia realia.

Dices contra adversus primam rationem, nam qualitates et talia accidentia, quae habent latitudinem non requirunt indivisibilia ad unionem partium suarum, ergo neque corpus quantum requirit talia indivisibilia = Ex simili ergo, [illegible], et disparitas est, nam in partibus qualitatis ut qualitas est non requiritur [illegible] tuatio et impenetratio, sed in eadem parte fieri possunt intentio at vero in partibus quantitatis requiritur penetratio

et Situatio partium, et ideo requiruntur indiuisibilia ut una pars sit extra aliam et alteri Continua.

Dico contra tamen, indiuisibile idem quod indiuisibile, quod positiue significat quid negatiuum quam positiuum, quia indiuisibilia sunt negatiua ... quod indiuisibile sumitur fundaliter, et formaliter ... indiuisibilitate, et formaliter sumptum explicatur per quid negatiuum, tamen tum le, et fundamentaliter sumptum quid positiuum. = Quero iam in substantia tum le sint indiuisibilia distincta ab indiuisibilibus quantitatis = Resp. negatiue, ratio est, nam substantia tum le non habet partes ordinatas et extensas nisi a quantitate, (ut diximus in loga) quare tale non habet indiuisibilia distincta ab indiuisibilibus quantitatis. Consequens patet, nam quantitas ponitur ut ordinet et uniat partes Continui, quare tam le solum habet indiuisibilia radicaliter, non tamen formaliter.

q.ᵃ 2.ᵃ V. Continuum componatur ex indiuisibilibus

Sit 1.ᵃ Continuum non Componitur ex solis indiuisibilibus per additionem unius ad aliud, sic diuus Thomas, et Aristoteles, et Scotus; nam indiuisibile additum indiuisibili non facit maius, et extensius, quod punctum additum puncto non extendit, nec facit maius Continuum, quia linea Constat ex solis punctis, nec erit extensa, nec linea, primam consequens patet, quia nequit intelligi linea sine aliqua extensione, ant. quod, nam indiuisibile Caret omni extensione et diuisibilitate, quia Caret quantitate, quare agregatum plurium indiuisibilium Carentium quantitate non facit maius aut extensius Continuum. Confirmatur, namque duæ sint lineæ, quarum una habeat duo puncta et alia undecim, linea posterior excedet priorem

in uno puncto erit maior, quia ab initio nullam habet magnitudinem; ergo intentum; Dices contra, licet indivisibile fraction' et in quo non habeat extensionem et divisibilitatem tamen habet eam virtualiter et in quo, eo quod unum indivisibile alteri coniungitur, sicut unitas quae tamen licet indivisibilis ut coniuncta alteri facit numerum, et extensionem discretam; Sed contra manet ratio quare subito spiritualis posita iuxta aliam non facit extensionem, et, quia neutra est extensa, quod si punctum ponatur iuxta aliud erit maius et extensius. Unitas autem facit numerum per segregationem et divisionem ab aliis, qui est extensio discreta, punctum vero alteri coniunctum licet faciat numerum non facit maius, et extensius.

primo arg. Si continuum se habet ad indivisibile, et e contra, sicut unitas ad numerum, sed numerus componitur ex solis unitatibus, ergo et continuum ex solis indivisibilibus; Ex comparatione non tenere in omni, sed solum in eo quod sicut unitas est principium numeri, ita punctum est principium lineae.

2° arg. Si continuum non componeretur ex solis indivisibilibus maxime, quia indivisibile additum indivisibili non facit maius, sed hoc est falsum, ergo. minor patet, nam si duo destruerent aliquam rem in hoc instanti, et alia duraret per aliud instans, ipso ergo, et etiam destruentur, magis durant res quae per tertium longius tale, quod instans maius facit

Ex. neg. min. et ad probationem dico quod licet res una plus duraverit quam alia, non durabit maius tempus, sicut si adderetur lineae punctum, plus entitatis habebit, non tamen maiorem extensionem, ita si idem puncto instans addatur, plus entitatis habebit, non tamen plus extensionis, quia instans est inextensum.

Ex dictis infertur quod in continuo dantur partes actu et realiter distinctae, nam si dantur in illo indivisibilia continuativa partium in actu, sequitur dari partes in actu continuatas, et quod hae partes sint distinctae realiter patet, nam dimidia pars ulnae v.g. realiter distinguitur ab alia medietate, ut totum a toto, seu pars a comparte.

Q. 3a. An partes proportionales, quae sunt in continuo sint actu infinitae.

Pro decisione dubii nota quod partes continui sumuntur dupliciter, aliae sunt aliquotae et non communicantes, aliae sunt proportionales et communicantes; partes aliquotae sunt illae quae habent certam aequalem et determinatam quantitatem, ut quatuor palmi in una ulna, dicuntur aliquotae quia aliquoties repetitae adaequant totum, dicuntur non communicantes, quia una est extra aliam; partes proportionales non habent certam et determinatam magnitudinem, sed habent quantitatem incertam, ut minores et minores structo, ut in quolibet continuo, quod dividitur in duas medietates, si quaelibet medietas in aliam dividatur, et illa in aliam, et sic in infinitum, istae partes vocantur proportionales, quia quadam proportione componunt totum, quae minores in maioribus includuntur, et minores appellantur communicantes, quia in aliquibus includuntur, et cum eis communicant.

Sit 1a. partes proportionales quae sunt actu in continuo non sunt infinitae in actu quoad numerum neque quoad extensionem, Id quia in continuo nequit assignari prima et ultima pars, propter hoc essent in actu infinitae, nisi obesset modus existendi illarum confusus et

indeterminate, partes vero aliquotae sunt actu simpliciter finitae, quod apud omnes indubitatum est, non vero quoad primam partem; quia numerus importat actu multitudinem actuum divisibilium et discretam, sed partes proportionales continui non important divisionem et discretionem in actu, quia sunt unitae in toto continuo, ergo non faciunt multitudinem actu infinitam quoad numerum = pr. etiam quoad extensionem, nam partes proportionales includuntur in aliis et cum eis communicant, et non faciunt maiorem extensionem, ut si lignum dividatur in duas medietates, et quaelibet media etiam in aliam et aliam usque in infinitum, continuum non est magis extensum, sed tanta erit illius extensio, quanta fuerit magnitudo partium aliquotarum, a quibus desumitur magnitudo continui, ergo continuum non est infinitum quoad extensionem per partes proportionales.

Dices contra, quaelibet pars proportionalis habet propriam extensionem distinctam ab extensione alterius, ergo sine assignabili prima et ultima quod est proprium infiniti faciunt extensionem actu infinitam. Antecedens patet, alias illae partes compenetrarentur = Resp. concesso antecedente, nam extensio partium proportionalium, quae includuntur in aliquotis, non facit continuum magis extensum, quam partes aliquotae; et licet non habeant penetrationem formalem, bene tamen virtualem, quatenus ratione communicationis non faciunt maius continuum, nec maiorem occupant locum quam partes aliquotae. * Disp. 2a. *

de inceptione et desitione rerum

q.° 1.ª quomodo incipiant, et desinant permanentes et successivae.

Pro intelligentia dubij nota quod inceptio significat initium durationis rei, et desitio finem; duę autem sunt res quę incipiunt et desinunt, alię successiuę ut motus, alię permanentes ut lumen; similiter duo sunt modi incipiendi, et totidem desinendi nempe intrinsece, et extrinsece, modus incipiendi intrinsece est primum esse rei, nempe illud instans in quo incipit existere, talisque modus est, ut incipit esse, qui modus intrinsecus dicitur, quia in illo instanti res habet intrinsecum esse; dicitur primum sui esse, quia res tunc habet primum esse, modus extrinsecus est ultimum non esse, nempe instans in quo est ut verum dicere nunc res non est, sed postea erit immediate, dicitur modus extrinsecus quia res caret intrinseco esse, dicitur ultimum non esse, quia ex infinitis instantibus in quibus res non habet esse, hoc instans est ultimum

modus desinendi extrinsecus in ultimum esse, id est illud instans in quo verum est dicere, nunc res est immediate, et postea non erit dicitur intrinsecus quia tunc datur ultimum esse intrinsecum rei; modus desinendi extrinsecus est primum non esse nempe instans in quo est verum dicere, nunc res non est, et immediate antea erat; dicitur primum non esse, quia ex infinitis instantibus in quibus res postea non habebit esse, quod instans primum est

inceptio et desitio rerum permanentium

Dico primo res permanentes generati vel creati incipiunt per primum sui esse, ratio est, nam istę subito fiunt actione indiuisibili, quę fiunt in instanti; atque ita, nam creatio et generatio substantiali non productio per partes et admodum motus, quia in productione illa qua substantię sunt non habent diuisibilitatem actionum, quam possint refundere in actione

Dico 2° res permanentes desinunt esse per primum sui non esse, ratio est, nam desitio rei permanentis, si per suspensionem Concursus diuini, quae in instanti A, quo in instanti in quo intelligitur suspensio Concursus, intelligitur desitio creaturae, quo desinit esse per primum non esse; ultima consequentia patet, nam primum non esse est instans in quo est verum dicere, quod nunc non est, et immediate ante erat

Inceptio et desitio rerum successiuarum

Dico primo res successiuae, ut motus et tempus incipiunt per ultimum non esse, et desinunt per primum sui esse; pars prima patet, nam motus successiuus non habet esse in instanti, quia non habet esse indiuisibile, quo incipit per primum sui esse actualiter, sed per ultimum non esse, ita ut verum est dicere, motus nunc non est, sed immediate post erit = pars 2a patet; nam si motus desineret per ultimum esse, esset verum dicere, nunc est motus, sed immediate post non erit, sed tunc intelligentur suspensio Concursus Dei, et duratio motus quod est impossibile, quo desitio motus est per primum non esse. Dico 2° res permanentes quae incipiunt esse, et modo successiuo desinunt ut calor et quantitas incipiunt et desinunt esse ad modum motus; ratio est, nam incipiente motu incipit res ad quam est motus, et incipiente alteratione ad qualitatem, incipit ipsa qualitas, quo sicut motus incipit per ultimum non esse, ita illa res ad quam est motus; eodem modo intelligitur de desitione, supposito quod per motum corrumpatur.

Disp. ultima de maximo et minimo; quaer. 1a; V. viuentia et non viuentia habeant terminos suae * magnitudinis *

Pro intelligentia dubii nota duplicem esse term. magnitudinis cu-
iuscumque rei, unum intrins., et appellatur maximum quod sic,
est illa quantitas proxima sub qua res conservari potest, non tamen
sub maiore quantitate, ut si homo posset conservari sub quan-
titate decem palmorum, et non sub maiore, talis quantitas dici-
tur maximum quod sic hominis; aliud est term. extrins. magnitudinis, quod
appellatur minimum quod non, et est quantitas vel magnitudo
sub qua res conservari non potest, sed tamen sub minori, ut si homo
non posset conservari sub quantitate decem palmorum, bene
tamen undecim, talis quantitas est extrins. term. magnitudinis hominis.
Sit prima: viventia habent term.
intrinsecum suae magnitudinis, et terminantur per ma-
ximum quod sic, ratio, nam augmentatio viventis fit
per conversionem alimenti per propriam substantiam vir-
tute naturalis caloris, sed calor naturalis quod dicitur termina-
tur, et intensive, ergo viventia possunt augeri intra tan-
tum in dicto naturali calore, ergo viventia habent term. intrin-
secum suae magnitudinis.
Sit 2a; etiam non viventia habent
term. intrinsecum suae magnitudinis, ita ut naturaliter non possit illud
excedere, ratio, nam quaelibet forma substantialis est intrinsece definita
ad certam determinatamque perfectionem, ergo petit certam de-
terminatamque quantitatem quam habet, nam ad determinatam formam
sequuntur determinata accidentia, [illegible], sed forma substan-
tialis determinatae perfectionis petit dispositiones sui conservativas
habentes term. determinatum, ergo cum quantitas sit dispositio ne-
cessario requisita ad conservationem subiecti, petit certum de-
terminatum term.
Dices contra 2am concl.: et ignem primordia-
lia [illegible] augere in infinitum. Si admoveant
combustibilia

Nec tale augmentum fieri per accidens ex aggregatione plurium ignium ex diversis materiis et sic constantium, quia augmentatio non dubitamus non solum ignem sed aliam viventia usque in infinitum augeri posse; tamen advertendum per divinam potentiam posset augeri amplius et amplius in infinitum tam viventia quam non viventia.

Q. 2a. V. viventia et non viventia habeant terminos suae parvitatis

Inter alias conditiones ad motum requisitas tres sunt praecipuae, prima ex parte agentis nempe existentia; 2a ex parte subiecti intermovere et motum; 3a applicatio agentis ad passum, de prima ex dictis constat primo et 2o libro; nunc vero agitur de 3a. Datur ergo duplex terminus parvitatis sicut et magnitudinis, alius intrinsecus, et ex eius alter, terminus intrinsecus parvitatis appellatur minimum quod sit, et est quantitas minima, sub qua res conservari potest, ut si homo conservari possit sub quantitate palmorum, et non sub minore, talis quantitas est minimum quod sit hominis.

Terminus ex eius parvitatis appellatur minimum quod non est quantitas illa sub qua et maximam quantitatem res conservari non potest, bene tamen sub maiore ut si homo non possit conservari sub magnitudine palmi dimidii, bene tamen sub maiore, quae talis quantitas est minimum quod non hominis ut.

Sit prima: viventia habent intrinsecum parvitatis, atque terminari possunt per minimum quod sit; ratio est, nam viventia exigunt plura organa ad suas operationes, et non possunt disponi in parte minima, nisi condensentur, ita redduntur inhabilia ad suas operationes exercendas, quae viventia requirunt

Certum et determinatam quatenus ita ut minorem conservari non potest, numquam enim cum sit homo ut non attingat magnitudinem formis pigmei et Sachei, quod viventia petit certum intrinsecum sue parvitatis

Sit 2a, etiam non viventia habent certum intrinsecum sue parvitatis, ratio, nam sicut viventium nequit esse sub quantitate ita minima ut sua operationes non possit exercere ut in arte pingendi, ita non viventia parva ut ars ex nullam operationem possit exercere Liber 7us phisicorum

Disp. 1a de motu.

q. 1a: omne quod movetur ab alio moveatur

Sit nostra 1a assertio. scilicet id quod movetur debet habere virtutem ab alio receptam, et praeter hanc virtutem requiritur quod motio qua aliquid movetur sit ab alio; et probatur 1a et 2a etc. nam idem realiter non potest esse simul in actu et in potentia respectu eiusdem, quod idem non potest movere, quod requiritur distinctio inter movens et motum, antecedens patet, nam id quod est in actu, et positione aliqua non potest esse simul privatum illa, consequentia, nam unumquodque in tantum est movens inquantum est in actu, et in tantum est mobile inquantum in potentia, quia movens et actuentis in potentia; quod idem non potest movere seipsum alias esset simul in actu et in potentia.

primo arg. pro dicta sententia nam in viventibus cor movet et movetur, et in animatis ut in lapide tangens movetur deorsum et totum se movet; et aqua calida se movet ad frigiditatem per reductionem motum, quod in his ambobus idem est movens et motum, ergo et ...

Contr. Calor sthomaqui i[illegible] est intensior in hieme, et aqua putei frigidior in estate, si non est causa exterior a qua fiat talis intensio, qui idem supponitur intendit.

Rñ ad arg. Corpus duplicit[er] mo-
ueri, primo per accidens ad motum totius et partium, ut
nauta in naui mouet illam et ad motum illius per accidens
mouetur, alio modo per se in quo motu non mouetur corpor[is]
se primum, sed a principio exto nempe generante; quocum-
que autem modo motus sumatur datur distinctio inter
agens et passum, mouens et motum; motus autem aque ca-
lide et lapidis per emanationem manata oriuntur, et
tales motus causat generans, nam qui dat formam dat
consequentia ad formam.

Et ad Confir. Rñ quod calor thomaqui
in hieme est per accidens intensior, quia frigus circumfu[sum]
constringit poros cutis, et impedit ne calor ad extremas
partes dilatetur; idem est de frigiditate aque putei, que
ab aere calido ambienti ne uapores frigoris emittat

Rñ ad arg. alius inmanens [illegible]
int. lectio recipitur in eodem subiecto a quo egreditur, quo
in tali actu idem est agens et passum, mouens et motum
Rñ intellectum non recipi intentu, comodo quo ab illo egre-
ditur, nam intus cum specie intelligibile producit ente
lectionem, et sicut intelligi nuero species recipit illam, et ita
in his actibus agens et passum, mouens et motum realiter
distinguuntur

q. 2a; V; grauia, et leuia moueantur a se, uel
a generante

Suppono primo, Corpus graue et leue habere in se principium actiuum quo possit moueri de ortum in absentia sui generantis ablatis impedimentis: quod principium actiuum est duplex, aliud particulare, ut forma substantialis, aliud minus particulare ut grauitas. Suppono 2o. quod omnes grauium et leuium per accidens tribuitur remouenti, ut remouens prohibens, ut qui remouet columnam est causa per accidens ut lapis suppositus cadat; ergo difficultas an grauia et leuia per se moueantur uel a generante, ita ut generans ut principium quod proximum ad illorum motum influat.

Si tu dico grauia et leuia per se mouentur a generante, et a se ipsis, hec eo etiam inter Thomistas disputatur; nam generans aliquod corpus graue uel leue non solum tribuit illi proprium esse, sed etiam quod requiritur ad eius natalem dispositionem, in instanti grauitatis uel leuitatis, sed ad natalem dispositionem grauis et leuis terminus tanti generationis quam in aliquis expectat esse in loco natali, ergo hoc illis tribuitur a generante; maior certa, et alias generans necessarium non tribueret, minor constat quia esse in proprio loco est connaturale cuilibet rei etiam inanimati.

Primo arg. motus augmentationis et nutritionis pertinent ad natalem dispositionem et perfectionem rei, et tamen non attribuuntur generanti, ergo ex eo quod sit dispositio naturalis grauium et leuium esse in proprio loco, non infertur quod motus localis sit a generante; Resp. maior, augmentatio, et nutritio pertinent ad perfectionem rei, ut proprietates illius, nego maior, ut quid accidentale, et

Contingere Co; quia tamen tales motus etiam producti per illos sunt quid accidentale, et non augmentatur in continuatione nullus generatio, ita neque proveniunt a generante; quod dum sint in loco propter illeu. e quasi proprietas et passio illorum, etiam a generante debet provenire.

2° arg. si corpus non existit generans, quomodo uelut Corpus graue, quod talis motus non erit a generante, sed ab ipso graui; Cons. patet, nam effectus in actu petit Causam existentem; Cons. Causa mouens debet esse approximata in motu; sed mouens saepius est distans a graui, quod non potest illud mouere

Rx satis est manere uirtutem generantis in ipso acuto, ut uirtute illius graue Corpus moueatur etiam si mouens non existat = ad Conf. dico sufficere agens si non distans per a passo, uel per se, uel per suam uirtutem ut graue dicatur moueri a generante

3° arg. motus grauium et leuium oritur procedit a grauitate, et leuitate Corporum quod non a generante; ante patet; nam grauitas et leuitas sunt [illegible] in corporibus, generantur quid ex [illegible], quod etiam

Rx grauitas et leuitas mouent a grauitate et leuitate, ut a principio actiuo instrumentali, et a generante ut a principio ex [illegible] culari = uel 2° Rx grauitatem et leuitatem non concurrere ad motum, ut principia actiua instrumentalia, sed dispositiue quatenus disponunt mobile ut illo sic moueatur, ipsum uero generans esse Causam immediatam effectiuam motus

Quaestio V; agens debeat esse aproximatum passo, ut in illo operetur

Nota primo quod immediate producere effectum vel illud
nihil aliud est quam attingentia illius sine immediante alio, potest au-
tem agens attingere effectum immediate duplici modo
scilicet immediatione virtutis tantum, et virtutis et
suppositi; illud agit immediatione virtutis et suppositi,
quod per proprium suppositum et propriam virtutem im-
mediate attingit passum, ut cum ignis comburit lignum
sibi aproximatum et contiguum; illud agit immediatione
virtutis tantum, quod per virtutem propriam attingit
effectum, licet suppositum operans distet a passo, ut id quod
virtute sua operatur in haec inferiora.

2o nota duo esse genera
agentium; primum est, quod per virtutem a se diffusam
attingit effectum, ut cernitur in Sole, qui per diffusionem
suae virtutis operatur, qui modus operandi convenit
omni agenti corporeo operanti in passum a se distans;
secundum genus est quod operatur non per virtutem a se diffu-
sam sed intra se contentam, quod cernitur in
causa creante, quae per suam omnipotentiam, intrin-
secam scilicet, et voluntatem omnia creat, non tamen per effu-
sionem virtutis; qui modus operandi etiam invenitur
in agente corporeo, cum operatur in passum sibi con-
tiguum.

Si prima dicatur agens corporale pro-
ducat effectum ad minus necessario petit aproximationis

Virtutis depositum; dicis; nam si potest agens agere nisi formata determinata, sed et aliquo modo determinatum nisi per approximationem etc. propinquitatem virtutis, quod intentum, maior patet, nam si talis determinatio non requireretur, non esset ratio quare ignis potius in hoc mata, quam in alia distante introduceret suam formam;

Si itaque non solum necessario requiritur contactus virtutis inter agens et passum, sed etiam contactus suppositorum; hic comprehendit non solum agentia operativa per virtutem immediatam intentam, sed etiam diffusam, patet de genere primo agentium, et maxime de secundo; nam agens naturale, ut Caelum requirit agere in corpora inferiora distantia, nisi agendo in ... medio, quo necessario requiritur aliquid suppositum, in quo utriusque agentis recipiatur, et consequenter requiritur contactus suppositorum inter passum et agens operans per virtutem diffusam; arguitur; nam ideo vacuum adeo sollicite impeditur a natura ex contiguitate corporum sublunarium, quia virtus caeli in vacuo recipi deberet, quod est

primo arg. pro ... teste, qui tribuitur Scoto, nam si agens agentis prius in propinquum quam in corpus distans, quodlibet agens agere posset ad quam cumque distantiam, sed hoc est falsum, nam quodlibet agens habet determinatam sphaeram suae activitatis, quam non ... sequitur, nam ignis agens in mediam partem ligni, et illa in aliam, et sic de caeteris, posset igni quamcumque rem distantem calefacere, confirmatur

Si calidum ut quatuor applicaret medio habenti calorem ut quatuor, calidum non ageret in tali medio, quia non posset illud amplius intendere, cum non posset agere ultra suam virtutem, et tamen agit in distans, quod non habet calorem ut quatuor, ergo potest agens agere in corpus distans et non in proximum.

Quando sequellam arguit, et ad probationem quod cum gradus caloris ignis sint finiti, et imprimant in passo contiguo gradum caloris minorem quam ipse habet, et illud passum imprimat alteri calorem minorem, et sic de aliis, et aliquando sistat actio, quia calor est ita debilis et remissus ut nequeat agere ultra, neque operari ad quamcumque distantiam; ad confirmationem Resp. quod in tali casu agens vel conservans calorem ut quatuor in medium in medio, et ita ageret conservando illum, vel coniungeretur cum eo et alter calor in medio per modum unius operantis in passum habentis tantum calorem.

Varg. agens naturale solet fortius agere in corpus distans, quam in propinquum, ergo non tenetur, quod agat prius in corpus medium; antecedens experientiis, prima, nam ignis aliquando calefacit magis stupam paululum distantem, quam aerem magis propinquiorem; 2a et, nam magnes attrahit ferrum et non aerem medium, et sic de aliis, ergo intentum = R. non ant., et ad primam experientiam dico, ideo potius stupam quam aerem inflammare, quia stupa propter suam siccitatem habet maiorem dispositionem ad trahendum ignem, quam aer propter suam humiditatem, ad 2am dico, quod magnes attrahit ferrum et non aerem, quia in illo est maior dispositio ad hunc effectum, quia ferrum est densius, aer vero rarior et liquidior.

[illegible]

Liber octavus et ultimus phisicorum

Finit tractatum phisicorum philosophus princeps ultimo agens de ente mobili [illegible] de eius proprietatibus sermones ips[illegible] de Eternitate motus temporis et mundi, et tandem de primo motore alia demonstrat, ac si lumine fidei indigeret, omnia tamen unica disputatione comprehendit.

Disp. unica de Eternitate motus, et eius motoris.

Quaest. 1a. V. mundus potuerit esse ab eterno de potentia absoluta Dei.

Duo certa supponenda ex fide, primum mundum non fuisse ab eterno [illegible] in tempore, namque ex genesis primo constat, quod in principio creavit Deus Celum et terram; tum Deum de necessitate non produxisse mundum sed [illegible] libere, utrum producere potuerit, ut constat ex illo ad Ephesios primo, qui operatur omnia secundum consilium voluntatis suae; procedit ergo difficultas de possibili, an mundus vel res permanentes potuerit esse ab eterno, de successivis enim postea erit sermo. Pars affirmativa est vera, quam defendit divus Thomas, et [illegible], et probatur, quia non implicat ex parte Dei creantis neque ex parte actionis creativae neque ex parte effectus producendi; ergo ex nullo capite repugnat mundum produci ab eterno; prima pars probatur; nam Deus ab eterno eandem habebat potentiam et virtutem ac nunc, ergo ex parte Dei non repugnat mundum produci ab eterno, sicut productus est in tempore. Secunda probatur; nam actio Dei non est per modum motus et successionis, sed instantanea, et ita non requirit tempus, sed potest esse ante omne tempus, et per talem actionem creaturae haberent esse a Deo libere operante, sicut quae ex nihilo sunt; ergo ex parte actionis divinae non repugnat. Tertia probatur, quia non magis impossibilis est effectus ab eterno, quam nunc, nam in tempore non incepit eius possibilitas, ergo ab eterno fuit possibilis [illegible] ex parte sui [illegible] ab eterno produci

Primo arg. propositum Creatum ut expresse transeat ad esse, sed quod habet esse ab eterno numquam caret tali esse, ergo nulla Creatura potuit esse ab eterno, minor etiam patent, maior prob. nam actio illa per quam creatura transit ad esse, vel est generatio vel creatio, si generatio necessario supponitur privatio illius quod acquiritur, si creatio supponitur talis res subnihilo, quia creatio est productio entis ex nihilo, confir. nam ab eterno repugnat annihilatio; ergo et creatio, patet cons. ex paritate rat., ant. prob., nam annihilatio est transitus ab esse ad non esse, ergo praesupponitur esse rei aliqua duratione que etiam esset simul ab eterno

Ad arg. Si creatura non patenter necessario et inde propositum, ut dicitur esse non mutata ad esse, ita ut prioritate durationis et temporis non esse antecedat esse, etiam prob. maior intellec. tamen negat dico quod creatura habeat esse per creationem, sive quae ex nihilo sed praesupposito subiecto, creatio tamen non petit intrinsece quod non esse rei creat. aliquo tempore precedat esse illius, [illegible] hoc est quod res creata [illegible] ante [illegible] nihil esset.

Ad conf. [illegible] annihilationis [illegible] ab esse ad non esse, [illegible] esse, quod enim [illegible] non esse [illegible] esse; creatio vero petit esse ex nullo praesupposito subiecto, non vero petit quod non esse in tempore aliquo precedat suum esse

2 arg. nam si creatura produceretur ab eterno non haberet initium sue durationis, quia hoc competit rei existenti ab eterno, sed ex hoc sequitur esse dari aliquam creaturam duratione, quod implicat; ergo quod [illegible] ab eterno

Confir. nam si Deus ab Eterno produxerit Angelum Creareq. potest cum gratia sanctificante et mereri ab Eterno, quo semper magis et magis meritum augeretur, quare et merita Christi, et illi corres pondent infinitum lumen gloriae, quo itque comprehenderet Deum, quod totum implicat.

Ad arg. Resp. neg. min., licet enim non assignetur prius durationis, tamen assignatur prius causalitatis, in quo differt Eternitas Creaturae ab Dei eternitate, hec enim caret prio durationis et causalitatis, illa vero solo prio durationis = ad conf. Resp. non implicare angelum ab Eterno creari cum gratia, sanctam ab Eterno mereri, ratio est, nam motus petit transitum et inceptionem et finem inter aliqua extrema, quod Eternitate pugnat, neque per operationem si dantur augeretur meritum in infinitum.

Concesso tamen Angelum ab Eterno operari meritum esse et infinitum quo ad extensionem, non tamen quoad intentionem, qualia sunt Christi merita quae infinitum non equarent actio talis Creaturae, cum neque corresponderet infinitum lumen gloriae intensive ad comprehendendum Deum requisitum; testimonia vero Patrum quae in contra adducuntur, nihil aliud conuincunt nisi quod mundus in tempore fuerit, esse vero ab Eterno de possibili, nec negant neque affirmant. q° secunda

Vtrum repugnet res successiuas esse ab Eterno

Dico affirmatiua Sic Joannes a S. Thoma, et noster Cosfterus Carmelitae, fere Thomistae, Dicimusque mundum quo ad res successiuas, nempe tempus et motum, non esse ab Eterno; Ratio, nam Eternitas est duratio tota simul et inuariata, sibi ergo repugnat cum tempore, et entibus successiuis, quae nequit esse ab Eterno res successiua, min. prob., nam id successiuum habet

partes priores et successores et perseverat in eodem esse, tandem intelligi incepti [illegible] de istius vi cum duratione eterna quod succesivam nequit esse ab eterno

Primo arg. pro contraria sententia: non implicat quod Deus producat celum ab eterno, ergo neque quod ab eterno sit motus circularis illius, patet consequentia, nam si repugnaret maxime quia ille motus haberet primum, sed hoc est falsum, nam motus circularis non habet primum sicut motus rectus in quo distinguitur unus et alter, ergo intentum = Respondeo concedo antecedens, et ad probationem dico quod motus circularis caret principio ex parte mobilis vel magnitudinis in qua fit non tamen caret principio ex parte durationis, cum una pars transeat et alia succedat, quae successio partium eternitati repugnat

2 arg. non implicat quod Deus producat motum et tempus ab eterno a parte post, ergo poterit producere a parte ante. Respondeo concedo antecedens, et ratio est, nam eternitas motus et temporis a parte post consistit in eo quod talia entia nunquam desinant moveri in quo non est implicatio, sicut in eterno motu a parte ante, cum succesivum eterno repugnet

q. ultima; qd; demostret philosophus de Deo ex vi motus

Sit 1°; ~~[illegible]~~ ex vi motus directe et immediate demonstratur dari unum primum motorem omnino immobile, hinc sequitur demonstratio atributorum Dei, primum dari unum primum motorem omnino immobile quod sic demonstratur omne quod movetur ab alio movetur, sed in causis et moventibus non est procesus in infinitum, ergo deveniendum ad aliquem primum motorem

[illegible] in [illegible] imaginaria, [illegible]
[illegible] documentum carere [illegible] immemorabili, [illegible]
[illegible]; itaque enim supponitur [illegible] a quo movetur, de-
monstratur etiam attributum infinitatis [illegible], [illegible]
[illegible] quaevis [illegible], quia infinitas [illegible], et cum alter
[illegible] primum efficiens, hic virtutem superiorem respectu
[illegible] efficientis, etiam effectuum, qui [illegible] infinitam [illegible]

= demonstratur etiam quod sit intel-
ligens, quia [illegible] a priori intel-
lectualitatis, et cum nobilior modus operandi sit per intellectum
qui dirigit in sua intellectione, primus motor ab absoluto
rigidior, demonstratur esse ubique, cum [illegible] virtute sit
infinita attingens distantia, a qua ita rigorose dependent
[illegible] suis [illegible] concursum erga omnium crea-
turarum [illegible] annihilarentur. = ultimo demonstratur
esse unicum: nam si essent duo, unus super alium, non
unus et alter facerent idem, neque essent aequalis perfec-
tionis, sed unus alio perfectior, quod totum implicat, pri-
mum quia [illegible] natura nihil frustra faciunt; item quia
a Deo primo motore nihil perfectius =

Finis Artium —

* Sit [illegible] hic noster [illegible] ad Dei [illegible] laudem,
[illegible] Virginis Carmelitarum Patronae honorem,
[illegible] gloriam Consolatoris Sancti Spiritus [illegible]
[illegible] Patroni, et [illegible] Seraphicae nostrae Theresiae a Jesu
et nostri [illegible] divi Thomae Aquinatis, cuius veram doctrinam
ex [illegible] fontem manantem ebibimus, pro tanto [illegible]
beneficio aequale reddere [illegible], [illegible] dubitet
tandem [illegible] ad nostros Patronos [illegible]
[illegible]

Del P. Fray Fran^co Ximenez